

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio V. De conseruatione rerum in esse a Deo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

## QVÆSTIO V.

De conseruatione rerum in esse a Deo.

Habet decem articulos.

**P**rimò enim queritur, Vtrum res cōseruentur in esse a Deo, an etiam circumscripta omni Dei actione, per se in esse remaneant.

**S**econdò, Vtrum Deus possit aliqui creaturæ cōcire quod per se in esse cōseruet ab eo Deo.

**T**ertio, Vtrum Deus possit creaturam in nihilum redigere.

**Q**uarto, Vtrum aliqua creatura in nihilum sit redigenda, vel etiam in nihilum redigatur.

**Q**uinto, Vtrum motus cœli quandoq; deficiat.

**S**exto, Vtrum possit fieri ab homine, quando motus cœli finiatur.

**S**eptimò, Vtrum cessante motu cœli elementa remaneant.

**O**ctauo, Vtrum cessante motu cœli remaneat actio & passio in elementis.

**N**onò, Vtrum plantæ, & animalia bruta, & corpora mineralia remaneant post finem mundi.

**D**ecimo, Vtrum corpora humana remaneant, motu cœli cessante.

## ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum res conseruentur in esse a Deo.

**V**AESTIO est de conseruatione rerum in esse a Deo. Et primo queritur, an etiam circumscripta omni Dei actione, per se in esse remaneant. Et uidetur q; sic. Dñ. n. Deut. 31. Dei perfecta sunt opera. Ex hoc sic arguitur. Perfectum est cui nihil deficit, secundum Phil. 3. Physico. Ei autem aliquid deficit ad suum esse, quod non potest esse, nisi aliquo exteriori agente, ergo huiusmodi perfectum non est Dei: ergo talia opera non sunt. Sed dicebat, quod opera Dei non sunt perfecta simpliciter, sed secundum suam naturam.

**S**ED CONTRA. Perfectum secundum suā naturam est, quod habet illud cuius sua natura est capax: sed quicquid habet totum illud cuius sua natura est capax, potest remanere in esse, omni Dei conseruatione exteriori cessante. ergo, si creaturæ aliquæ sunt perfectæ secundum suam naturam, possunt remanere in esse, Deo non conseruant. Probatio media. Deus conseruans res, aliquid agit, propter quod dicitur Ioan. c.2. Pater meus, ut que modo operatur, &c. Ut dicit August. 10. super Gen. ad literam. Agente autem aliquid operante, effectus aliquid recipit: ergo quandiu Deus conseruat res, semper res conseruantur aliquid à Deo recipiunt: quandiu ergo res conseruatione indiget, nondum totum habet cuius est capax.

**P**ret. Vnumquodq; non est perfectum, nisi persicat hoc ad quod est: sed principia ad hoc sunt, vt re in esse conseruentur. Si ergo principia creatura non p̄t re in esse tenere, sequitur ea esse imperfecta, & ita non esse Dei opera, quod est absurdum. **P**ret. Deus est causa rerum, sicut efficiens: sed cessante actione cause efficientis, remanet effectus, sicut cessante actione edificatoris remanet domus, & cessante actione ignis generantis, adhuc remanet ignis generatus: ergo & cessante omni Dei actione adhuc possunt creature in esse remanere.

**A**Sed dicebat, quod agentia inferiora sunt causa h̄di, & non effendi: unde esse effectuum remanet, remota actione causarum fieri. Deus autem est causa rebus non solum fiendi, sed effendi. Vnde esse rerū remanere non potest, diuina actione cessante.

**S**ED CONTRA. Omnis res generata habet esse per suam formam: si ergo cause inferiores generantes non sunt causæ effendi, non erunt cause formarum, & ita formæ, quæ sunt in materia, secundum sententiam Philosophi, qui in 7. Metaphys. dicit, q; forma lib. 7. cap. 10. com. 18. 10. 3. quæ est in his carnibus, & ossibus, est a forma, quæ est in his carnibus & ossibus: sed sequitur q; formæ in materia sint a formis sine materia, secundum sententiam Platonis: vel a datore formarū, secundum sententiam Avicenæ.

**P**ret. Ea quorum esse sunt in fieri, non possunt remanere cessante actione agentis, ut patet de motu, & de agone, & similibus. Illa uero quorum esse est, in facto esse, possunt remanere etiam agentib. remotis. Vnde Aug. dicit 8. super Gen. ad literam. Presente lumine non factus est aer lucidus, sed fit, quia si factus esset, non fieret: sed absente lumine lucidus remaneret. Multas autem creature sunt quorum esse non est in fieri, sed in facto esse, ut patet de angelis, & de corporibus etiam omnibus, ergo cessante actione Dei agentis, creature possunt remanere in esse.

**P**ret. Causæ inferiores generantes sunt rebus generatis cause effendi, ut supra probatum est: non tamen sicut causæ principales, & primæ, sed sicut causæ secundæ. Causa autem prima effendi, qua Deus est, rebus generatis non dat principiū effendi: nisi mediantibus causis secundis prædictis, ergo nec permanentiam in esse, quia eadem res per idem habet esse, & in esse conseruantur. Sed esse generalium conseruantur ex ipsis principijs effientibus generatorum, cessantibus causis secundis agentibus. ergo etiam cessante causa prima agente qua Deus est.

**P**ret. Si res aliqua deficit esse, aut hoc est propter materiam, aut propter hoc quod est ex nihilo. Materia autem non est causa corruptionis, nisi secundum q; est subiecta contrarietati: non autem in omnibus creaturis est materia contrarietati subiecta. ergo illa in quibus non est materia contrarietati subiecta, sicut sunt corpora celestia, & angeloi, non possunt desiccare ratione materiae. Nec iterum ratione eius, quod sunt ex nihilo, quia ex nihilo nihil sequitur, & nihilum nihil agit, & ita non corruptur. ergo cessante omni actione diuina, huiusmodi res esse non deficerent.

**P**ret. Forma principiū in materia in inflatur, quod est ultimum actionis in quo res non est in fieri, sed in facto esse: sed secundum Avicennam sententiam, formæ rerum generatarū insunduntur in materiam ab intelligentia agente, quæ est datrix formarum. ergo illa intelligentia est causa effendi, non tantum fiendi, & ita per actionem eius res possunt conseruari in esse, etiam circumscripta Dei conseruatione.

**P**ret. Forma etiam substantialis est causa effendi. Si ergo causa effendi sunt, quæ conseruant res in esse, ipsa forma rei sufficit ad hoc, quod res in esse conseruetur.

**P**ret. Res conseruantur in esse per materiam in quantum sufficiat formam. Sed materia secundum Phil. est ingenita, & incorruptibilis, & ita non est causata ab aliqua causa, & sic remanet, omni actione

QVAES. V. DE CONS. RER. IN ESSE A DEO. ART. I.

actione causæ efficientis remota, ergo adhuc res poterunt cōseruari in eis celiante actione prima causa efficientis, scilicet Dei.

¶ 12 Præt. Eccl. 3 dicitur. Intuere in omnia opera altissimi, duo contra duo, unum contra unū: sed inter opera altissimi innenit aliquid, quod indiget Dei conseruatione. ergo etiam innenit inter opera Dei eius oppositum, scilicet quod non indiget Dei conseruatione.

¶ 13 Præt. Apperit us naturalis nō potest esse causus, & uanus: sed qualibet res naturaliter conseruationem sui esse appetit, pō ergo res, per se ipsam cōseruari in eis: alias appetitus naturalis esset uanus.

¶ 14 Præt. Aug. dicit in Ench. q̄ Deus fecit singula bona, simul autem omnia ualde bona: propter qd dicitur Gen. 1. vidit Deus cuncta, que fecerat, & erant ualde bona. Ip̄sa ergo creaturarū uniuersitas est ualde bona, & optima, optimi enim est optima adducere, secundum Platonem: sed melius est quod non indiget aliquo exteriori ad sui conseruationem eo, quod indiget. ergo vniuersitas creaturarum non indiget aliquo exteriori conseruare.

¶ 15 Præt. Beatitudo est aliquid creatum in natura beatorum: sed beatitudo est status omnium bonorum congregatione perfectus, ut Boet. dicit in ter-

Lib. 3. profa.

2. circa prī-

2. de ciuitate  
Dei c. 30. in  
medio 10. 3.

2. circa prī-

de potentia in actum, quod est fieri generatorum, non autem cessant ipsae formae, sicut in quas generata habent esse. Et inde est, quod esse rerum generatarum manet: sed non fieri, cessante actione generantis. Si quae autem formas sunt non in materia, ut sunt substantiae intellectuales, vel in materia nullo modo indisposita ad formam, ut est in corporibus celestialibus, in quibus non sunt contrarie dispositiones, harum principium esse non potest, nisi agens incorporum, quod non agit per motum: nec dependent ab aliquo sicut fieri a quo non dependant, sicut esse. Sicut igitur cessante actione causae efficientis, quae agit per motum, in ipso instanti cessat fieri rerum generatarum, ita cessante actione agentis in corpore, cessat ipsum esse rerum ab eo creari. Hoc autem agens incorporum, a quo omnia creantur, & corporalia, & incorporalia, Deus est, sicut in alia ratione often sum est, a quo non solum sunt formas rerum, sed etiam materia. Et quantum ad propositum, non differt utrum immediate, vel quodam ordine, ut quidam Philosophi posuerunt. Unde sequitur, quod diuina operatione cessante, oportet res eodem momento in nihilum decidenter, sicut auctoritatibus est probatum in argumentis, sed contra:

**A**D PRIMUM ergo dicendum, quod creature Dei sunt perfectae in sua natura, & in suo ordine: sed inter alia, quae ad earum perfectionem requiruntur, hoc etiam est, quod a Deo continetur in esse.

**A**D SECUNDUM dicendum, quod Deus non alia operatione producit res in esse, & eas in esse conservat. Ipotim enim esse rerum permanentium, non est indivisiibile, nisi per accidentes, prout aliqui motui subiaceat, sicut se ait est in instanti. Unde operatio Dei, quae est per se causa quod res sit, non est alia sicut quod facit principium essendi, & essendi continuationem.

**A**D TERTIUM dicendum, quod quandiu principia essentialia rerum sunt, tanti res conseruantur in esse: sed & ipsa rerum principia esse desinenter diuina actione cessante.

**A**D QUARTUM dicendum, quod huiusmodi inferiora agentia sunt causa rerum quantum ad earum fieri, non quantum ad esse rerum per se loquendo. Deus autem per se est causa essendi, & ideo non est simile. Unde Aug. dicit 10. super Gen. ad literam. Non enim sicut structuram cum fabricauerit quis abscedit, atque illo cessante, & abscondente stat opus eius, ita mundus vel in ictu oculi stare poterit, si ei Deus regnum suum subtraxerit.

**A**D QUINTUM dicendum, quod agentia corporalia non agunt nisi transmutando, nihil autem transmutatur, nisi ratione materiae, causalitas agentium corporalium non potest se extendere, nisi ad ea, quae aliquo modo sunt in materia. Et quia Platonici, & Auic. non ponabant formas de potentia materiae educi: ideo cogebantur dicere, quod agentia naturalia disponant tamen materiam, inducito autem forma crata principio separato. Si autem ponamus formas substantialia, educi de potentia materiae, secundum sententiam Arist. agentia naturalia non solum erunt causa dispositionem materiae, sed etiam formarum substantialium, quantum ad hoc duntaxat, quod de potentia educuntur in actum, ut dictum est, & per consequens sunt essendi principia, quantum ad inchoationem ad esse, & non quantum ad ipsum esse absolute.

**A**D SEXTUM dicendum, quod formarum, quae incipiunt actu esse in materia per actionem corporalis agentis, quodam producuntur secundum perfectam rationem speciei, & secundum perfectum

**A**esse in materia, sicut & forma generantis, coquod in materia non remanent contraria principia. Et huiusmodi forma remanet post actionem generantis, usque ad tempus corruptionis. Quodam vero formae producuntur quidem secundum perfectum rationem speciei, non autem secundum imperfectum esse in materia. Sicut calor, qui est in aqua calefacta habet perfectam speciem caloris, non tamen perfectum esse, quod est ex applicatione formae ad materiam, eo quod in materia remanet forma contraria tali qualitati. Et huiusmodi forma possunt ad modum remanere post actionem agentis, sed permanenter diu permanere a contrario principio, quod est in materia. Quodam vero producuntur in materia, & secundum imperfectam speciem, & secundum imperfectum esse, sicut lumen in aere a corpore lucido. Non enim lumen est in aere, sicut etiam forma naturalis perfecta, prout est in corpore lucido: sed magis per modum intentionis. Vide sicut similiudo hominis, non manet in speculo nisi quandiu est oppositum homini, ita nec lumen in aere, nisi apud presentiam corporis lucidi, huiusmodi enim intentiones dependent a formis naturalibus corporum per se, & non solum per accidens, & ideo esse eorum non manet cessante actione agentium. Huiusmodi ergo propter imperfectionem sui esse, dicuntur esse in fieri: sed creatura perfecta non dicuntur esse in fieri propter sui imperfectionem esse, quamvis actio Dei earum factoris indeficeret permaneat.

**A**D SEPTIMUM dicendum, quod actione corporalis agentis non se extendit ultra motum, & ideo est instrumentum primi agentis in educatione formarum de potentia in actum, quae est per motum, non aut in conservatione earum, nisi quatenus ex aliquo motu dispositiones in materia retinentur, quibus materia sit propria formae. Sic enim per motum corporum coelestium inferiora conseruantur in esse.

**A**D OCTAVUM dicendum, quod creatura deficeret diuina actione cessante non propter contrarium, quod sit in materia, quia ipsum est cum materia cessaret, sed propter hoc, quod creatura est ex nihilo, non propter hoc quod nihil aliud ageret ad corruptionem, sed non ageret ad conservationem.

**A**D NONNUM dicendum, quod ipse dator formarum si ponatur aliquid aliud praeter Deum, secundum sententiam Auic. oportet quod & ipsum deficeret. Loco citato in arg.

**A**D DECIMUM dicendum, quod etiam praedicta actione cessante forma deficeret, unde non posset esse essendi principium.

**A**D XI. Dicendum, quod materia dicitur ingenita, quia non procedit in esse per generationem, ex hoc tamen non remouetur, quia a Deo sit, cum omne imperfectum oporteat a perfecto originem trahere.

**A**D XII. dicendum, quod non oportet inter operam Dei, uno contraditorio oppositorum inuenito aliud inueniri, sic enim est inter ea aliquid in creatum, cum sit ibi aliquid creatum, quavis hoc verum sit de aliis oppositis. Ea vero de quibus est obiectio, sunt contradictorie opposita, unde ratio non sequitur.

**A**D XIII. Dicendum, quod licet quilibet res naturaliter appetat sui conservationem, non tamen quod a se conseruetur, sed a sua causa.

**A**D XIX. Dicendum, quod universitas creaturarum non est optima simpliciter, sed in genere creatorum, unde nihil prohibet ea aliquid melius esse.

**A**D

QVAEST. V. DE CONS. RER. IO. MAT. INFOR. ART. II.

A D x v. Dicendum, q̄ inter bona quorū con  
gregatione status beatitudinis perficitur, principiū  
est confūctio ad suam causam: cum ipsa Dei frui  
tio sit creatura rationalis beatitudo.

D. 278.  
A D x vi. Dicendum, q̄ tendere in nihilum d  
non est proprie motus naturæ qui semper est in  
bonum: sed est ipsius defectus. vnde ratio falsum  
supponebat.

A D x vii. Dicendum, q̄ illius impressionis  
violentæ agens violentum est causa secundum fieri & non simpliciter secundum esse, vt ex dictis pat  
tet. vnde celiante actione agētis, potest ad tempus  
remaneat: sed non diu pp eius imperfectionem.

A D x viii. Dicendum, q̄ sicut forma nō po  
test esse principium essendi, nisi aliquo priori prin  
cipio præsupposito: ita nec operari, cum Deus in  
qualibet re operetur (vt in alia questione ostēsum  
est) nec eriam cognoscendi, cum omnis cognitio  
a lumine increato deriuatur.

Ex foli. ad  
6. Argum.

q. 3. arg. 6.

ARTICVLVS II.

Vtrum Deus possit alicui creaturæ communicare, quod per  
se in esse conseruetur absque Deo.

S E C U N D O queritur, vtrum Deus possit alicui  
creaturæ communicare, q̄ se in esse cōseretur  
absque Deo. Et videtur q̄ sic. Create enim est  
maius quam per se in esse conseruaris: sed creare po  
tuit creaturæ communicari, vt magister dicit in 5.  
diss. 4. sententia ergo & per se in esse conseruari.

¶ 2 Præt. Plus est in potestate rerum & Dei, q̄ in po  
testate intellectus nostri: sed intellectus noster p̄t  
intelligere creaturā absq; Deo. ergo multo fortius  
Deus p̄t creaturā dare, vt per se cōseruetur in esse.

In libro de  
Synodus 16.  
pagi. 4 prim  
cap. lib. 4.

¶ 3 Præt. Aliqua creatura est ad imaginē Dei, vt pa  
re Genesis primo: sed fīm Hilarium, imago est rei  
ad rem coeqvāndā indisereta & unita similitudo,  
& sic imago adæquare potest id cuius est imago. Cum ergo Deus nullo exteriori conseruante indi  
geat, videtur q̄ hoc potuit creaturæ cōmunicare.

¶ 4 Præt. Quād agens est perfectius, tanto p̄t per  
fectiore effectum producere: sed agentia naturalia  
p̄nt effectus facere qui conseruent in esse sine age  
nibus. ergo multo fortius Deus potest hoc facere.

S E D CONTRA, Deus non potest aliiquid facere,  
in diminutione sua autoritatis: hoc aut̄ suo do  
minio prædicaret, si aliquid aboque ipsius cōser  
uatione posset esse. ergo Deus hoc facere nō p̄t.

R E S P O N S. Dicendum, q̄ ad omnipotētiam Dei  
non pertinet, q̄ possit facere duo cōtradictria  
esse simul. In hoc autem q̄ dicuntur q̄ Deus faciat ali  
quid: quod eius conseruatione non indigeat, con  
tradiccio implicatur. Iam n. ostēsum est, quod om  
nis effectus a sua causa dependet: fīm quod est eius  
causa. In hoc ergo quod dī quod Dei conserua  
tionē nō indigeat, ponit nō esse creatum a Deo:  
in hoc quod dicitur, quod Deus faciat ipsum; po  
nit effēcūtū creatum. Sicut ergo cōtradiccionem im  
plicaret, Deum facere aliiquid quod non esset crea  
tum ab eo: ita si quis diceret Deum facere aliiquid,  
quod eius conseruatione non iudiceret. vnde vtrū  
que pari ratione Deus non potest.

A D PRIMVM ergo dicendum, q̄ cum creare sit  
aliiquid causare: non indigere aut̄ alterius cōserua  
tionē, non sit nisi eius quod causam nō habet, man  
ifestum est q̄ maius est non indigere conseruari  
ab alio quam creare: sicut maius est causam nō ha  
bere q̄ causam esse: licet & hoc non sit v̄sq̄eaq;  
verū, q̄ creare creaturæ sit communicabile, fīm q̄

F est actus primi agentis, ut in alia q̄ōne dictum est.  
Ad SECUNDVM dicendum, quod quānus intel  
lectus possit intelligere creaturam, non intellige  
do Deum, non tamen potest intelligere creaturā  
non conseruari in esse a Deo, hoc enim implicat  
contradiccionem, sicut & creaturam non esse crea  
tam a Deo, ut dictum est.

Ad TERTIUM dicendum, q̄ æqualitas nō est de  
rōe imaginis absolute, sed p̄fecta, qualis Deima  
go non est creatura, sed filius, vñ rō non lequitur.

Ad QUARTVM dicendum, quod responso p̄a  
tet per ea quae dicta sunt in precedenti.

ARTICVLVS III.

Vtrum Deus possit creaturam in nihilum redigere.

T E R T I O queritur vtrum Deus possit crea  
turam in nihilum redigere. Et uidetur quod  
non. Dicit enim Aug. in lib. 83. questione  
quod Deus non est causa tendendi in nō esse, hoc  
autem est si creaturam annihilaret. ergo Deus  
non potest creaturam in nihilum redigere.

¶ 2 Præt. creaturæ corruptibilis, quæ inter ceteras  
sunt debilioris esse, nō desinunt esse, nisi per acci  
ōnem aliquius causat agentis, sicut ignis corrupti  
tur aliquo contrario agente in ipsum. multo m  
isigitur alia creature possunt definire, nisi per  
aliquam actionem. Si ergo Deus aliquam crea  
turam annihilaret, hoc non fieret, nisi per aliquam  
actionem. Per actionem autem hoc fieri est impo  
sibile. Nam omnis actio sicut est ab ente actu, in  
in ens actu terminatur, cum oporteat factum eis  
simile facienti. A etio autem qua aliquid ens adi  
constituitur, non omnino in nihilum redigit. ergo Deus non potest aliquid annihilare.

¶ 3 Præt. Omne quod est per accidentem, reducitur  
ad id quod est per se: sed a nulla causa agere est de  
finitus & corruptio nisi per accidentem, cum nihil  
operetur nisi intendens ad bonum, ut Dionysius  
cit 4. cap. de diu. nom. Vnde & ignis corruptio  
quam, non intendit priuationem formam aquae:  
sed formam propriam in materiam introduceat.  
ergo non potest ab aliquo agente caufari aliquis  
defectus, quin simul aliqua perfectio constituitur,  
ubi aut̄ aliqua perfectio constituitur ibi nō citat  
annihilatio. ergo Deus nō p̄t aliquid annihilare.

¶ 4 Præt. Nihil agit nisi propriæ finem. Finis enim

est quod mouet efficientem. Finis autem diuina  
actionis est eius bonitas. Quod quidem esse potest

in rerum productione, per quam res similitudines

divinae bonitatis consequuntur, non autem in an  
nihilatione, per quam annihilationū omnino à De  
similitudine recederet. ergo Deus non potest aliquid  
quid annihilare.

¶ 5 Præt. Manente causa, necesse est permanere  
causatum. Si enim non est necesse, possibile est  
causatum esse & non esse, posita causa, & sic indige  
bitur alio, quo causatum ad esse determinetur, & in  
causa sufficiens non erit ad esse causati: sed Deus  
est sufficiens ea rerum. ergo Deus manente necesse  
est res in esse manere: sed Deus non potest facere  
quoniam ipse in esse manet. ergo nō potest creature  
reducere in non esse. Sed dicebatur q̄ Deus non  
erit causa in actu, cum creaturæ erunt anni filiae.

¶ 6 SED CONTRA. Divina actio est eius esse, unde  
& Aug. vult quod in quantum Deus est, nos simili  
sum aut̄ esse nunq̄ ei aduenit. ergo nunq̄ deum chiri  
esse in sua actione. Et ita semper erit causa in actu

¶ 7 Præt. Deus non potest facere contra commi  
nesanimi conceptiones, sicut quod totum nō in

maiis sua parte, communis autem animi concep  
tit.

est apud sapientes, animas rationales perpetuas esse. ergo Deus non potest facere quod in nihilum redigantur. ¶ 8 Prat. Commun. dicit in 11. Metaphys. quod id quod est in se possibile esse, & non esse, non potest necessitatem essendi ab alio acquirere. Quocumque ergo creature habent necessitatem essendi, in eis non est possibilis ad esse & non esse. huiusmodi autem sunt omnia incorruptibilia: ut sunt substantiae incorporeae, corpora celestia. ergo omnibus his non est possibilis ad non esse. Si ergo sibi relinquuntur, divina actione subtrahita, non deficient in non esse. Et sic Deus non uidetur quod possit ea annihilare.

¶ 9 Prat. Quod recipitur in aliquo, non tollit potentiam recipiens: sed potest eam perficere. Si ergo aliquid sit possibiliter habens ad non esse, nihil in eo receptum, hanc possibilitatem ei auferre poterit. ergo quod est in se possibile non esse, non potest ab aliquo necessitatem essendi acquirere.

¶ 10 Prat. Ea secundum quam aliqua genere diversificantur, sunt de essentia rei. Nam genus pars definitionis est. Secundum autem corruptibile & incorruptibile aliqua genere differunt: ut patet in 4. Metaph. ergo sempiternitas & incorruptibilitas est de essentia rei. Deus autem non potest alicui rei auferre, quod est de essentia eius: non enim potest facere quod homo existens homo, non sit animal. ergo non potest rebus incorruptilibus sempiternitatem auferre, & ita non potest ead in nihilum redigere.

¶ 11 Prat. Corruptibile numquam potest mutari, ut si: incorruptibile secundum suam naturam. Nam incorruptibilitas corporum resurgentium non est natura, sed gloria: & hoc ideo est, quia corruptibile & incorruptibile differunt generi, ut dictum est. Si autem quod est in se possibile non esse, ab aliquo necessitatem essendi posset acquirere, corruptibile posset in incorruptibilitatem mutari. ergo impossibile est esse aliquid quod in se sit possibile non esse, & acquirat necessitatem ab alio, & sic idem quod prius.

¶ 12 Prat. Si creatura non habet necessitatem, nisi secundum quod dependent a Deo: a Deo autem dependent secundum quod Deus est carum causa: non habent necessitatem nisi per modum, quod competit causalitati, qua Deus eorum causa est. Deus autem rerum causa non per necessitatem: sed per voluntatem, ut est in alia questione ostensum: sic ergo erit necessitas in rebus sicut in his quae a voluntate causantur: ea autem quae sunt a voluntate non similiter & absolute sunt necessaria, sed solu[m] necessitate conditionata: eo quod voluntas non necessario determinatur ad unum effectum. ergo sequitur quod in rebus nihil est necessarium absolute, sed solu[m] sub conditione: sicut est necesse sorte moueri si currit, vel ambulare si nult, nullo impedimentoo existente.

Ex quo uidetur sequi, quod nihil sit in creaturis simili corruptibile: sed omnia sunt corruptibilia, quod est inconveniens.

¶ 13 Prat. Sicut Deus est summum bonum, ita est perfectissimum ens: sed in quantum est summum bonum, ei conuenit quod non possit esse causa mali culpe. ergo in quantum est perfectissimum ens non ei competit quod possit esse causa annihilationis rerum.

¶ 14 Prat. Augustinus dicit quod Deus est adeo bonus quod numquam permitteret aliquid mali fieri: nisi si esset adeo potens quod de quolibet malo posset elire aliquod bonum: sed si creaturam annihilaretur, nullum bonum inde eliceretur. ergo Deus non

a potest hoc permittere quod creature in nihilum decidat: ¶ 15 Prat. Non minor difficultas est in nihilum de ente, quam denihil in esse: sed reducere aliquid de nihil in esse, est potentia infinita propter distantiam infinitam. ergo reducere de esse in nihil, non est nisi potentia infinita: nulla autem creatura habet potentiam infinitam. ergo subtrahita actione creatoris, creatura non poterit in nihilum reduci. Quo quidem modo modo dicebatur Deus res posse annihilare, scilicet per suam actionis subtractionem. Nullo ergo modo Deus potest creature in nihilum redigere.

¶ 16 SED CONTRA est quod Origenes dicit in periclitacione. Quod datum est, auferri atque recedere potest: sed esse, datum est creature a Deo, ergo potest auferri, & sic Deus potest creature in nihilum redigere.

¶ 17 Prat. Illud, quod dependet ex simplici Dei uoluntate, potest etiam Deo uolente cessare: sed totum esse creature dependet ex simplici Dei uoluntate, cum Deus per suam uoluntatem sit causa rerum, & non per naturam necessitatem, ergo Deo uolente possunt creature in nihilum redigi.

¶ 18 Prat. Deus non est plus debitor creature postquam esse incepit, quam antequam esse incepit: sed antequam creature incepit, absque omni preiudicio sue bonitatis poterat cessare ab hoc quod est creaturis comunicaret, quia sua bonitas in nullo a creaturis dependet: ergo Deus potest absque preiudicio sua bonitatis sua actionem a rebus creatis subtrahere, quo posito in nihilum deciderent, ut in predicto articulo oftensum est, potest ergo Deus res annihilare.

¶ 19 Prat. Eadem actione Deus res in esse produxit & eas in esse conferat, ut supra oftensum est: sed Deus potuit res in esse non producere. ergo eadem ratione potest eas in esse non conferuare. Et sic potest eas annihilare.

RESPON. Dicendum, quod in rebus a Deo factis dicuntur aliquid esse possibile dupliciter. Vno modo per potentiam agentis tantum: sicut antequam mundus fieret, possibile fuit mundum fore non per potestiam creature, quae nulla erat, sed solum per potentiam Dei, qui mundum in esse producere poterat.

Alio modo per potentiam, quae est in rebus factis, sicut possibile est corpus compositum corrupti. Si ergo loquamur de possibilitate ad non esse ex parte rerum factarum, dupliciter circa hoc aliqui opinantur. Auic. namque posuit, quod quilibet res praeter Deum habebat in se possibiliter ad esse & non esse. Cum enim esse sit praeter essentiam cuiuslibet rei creare, ipsa natura rei creare per se considerata possibiliter est ad esse: necessitatem uero essendi non habet nisi ab alio, cuius natura est suum esse, & per consequens est per se neesse esse, & hoc Deus est. Commen. uero in 11. Metaphy. & in libro de substantia orbis, contrarium ponit, scilicet quod quae-

p.p. q. 104.  
ar. 3. & p.p.  
q. 19. ar. 4.

l. 8. meta. c.  
6. & 4.

l. 11. meta.  
ph. texu. 4.

D. 122.

dami res creature sunt, in quarum natura non est possibilis ad non esse, quia quod in sua natura habet possibiliter ad non esse, non potest ab extrinseco accidere sempiternitatem, ut scilicet naturam suam semper uirtutem. Et hec quidem positio uidetur rationabilior. Potentia enim ad esse & non esse, non conuenit alicui nisi ratione materie, quae est pura potentia. Materia est, cum non possit esse sine forma, non potest esse in potentia ad non esse: nisi quatenus existens sub una forma est in potentia ad aliam formam. Dupliciter ergo potest contingere, quod in natura alicuius rei non sit possibilis ad non esse. Vno modo per hoc, quod res illa sit forma tantum subsistens in esse suo, sicut substantia incorporeæ, que sunt penitus immateriales. Si enim forma ex hoc quod inest

Q V A E S T . V . D E C O N S I R E R . I N E S S E A D E O . A R T . III.

inest materie, est principium essendi in rebus materialibus, nec res materialis potest non esse nisi per separationem forma; ubi ipsa forma in esse suo subsunt, nullo modo poterit non esse; sicut nec esse potest a lepto separari. Alio modo per hoc, quod in materia non sit potentia ad aliam formam, sed tota materie possibilitas ad unam formam terminetur; sicut est in corporibus caestibus, in quibus non est formarum contraries. Illae ergo sole res in sua natura, possibiliter habent ad non esse, in quibus est materia contrarietati subiecta. Aliis vero rebus secundum suam naturam competit necessitas esse di, possibiliter non essendi ab eorum natura sublata. Nec rarer per hoc remouetur, quin necessitas essendi sit eis a Deo: quia unum necessarium alterius causa esse potest; ut dicitur in 5. Metaphy. Ipsiis naturae creare, cui competit semper uita, causa est Deus. In illis etiam rebus in quibus est possibilitas ad non esse, materia permanet, forma uero sicut ex potentia materia educuntur in actu in rerum generatione, ita in corruptione de actu reducuntur in hocque sunt in potestate. Vnde relinquitur, quod in tota natura creata non est aliqua potentia, per quam sit aliquid possibile tendere in nihilum. Si autem recurramus ad potentiam Dei facientis, sic considerandum est, quod dupliceiter dicitur aliquid Deo esse impossibile, uno modo quod est secundum se impossibile, quod quia non natum est ab cuius potentia subiectum sicut sunt illa, quae contradictionem implicant. Alio modo ex eo, quod est necessitas ad oppositum. Quod quidem dupliceiter contingit in aliquo agente, uno modo ex parte potentiae actionis naturalis, quae terminatur ad unum tantum, sicut potentia calidi ad calcificandum. & hoc modo Deus pater necessario generat filium, & non potest non generare. Alio modo ex parte finis ultimi, in quoque quilibet res de necessitate tendit, sicut & homo de necessitate uult beatitudinem, & impossibile est cum uelle miseriam: & similiter Deus uult de necessitate suam bonitatem & impossibile est cum uelle illa, sine quibus sua bonitas esse non potest, sicut dicimus, quod impossibile est Deum mentiri, aut uelle mentiri. Creaturas autem simpliciter non esse, non est in se impossibile quasi contradictionem implicans, alias ab aeterno fuissent. Et hoc ideo est, quia non sunt suum else ut sic cum dicit, creatura non est omnino, oppositum praedicti includatur in definitione, ut si dicatur, homo non est animal rationale, huiusmodi enim contradictionem implicant, & sunt secundum se impossibilitate. Similiter Deus non producit creaturas ex necessitate naturae, ut sic potentia Dei determinetur ad esse creature, ut in alia questione est probatum. Similiter etiam nec bonitas Dei a creaturis dependet, vt sine creaturis else non possit quia per creaturas nihil bonitatem diuinam adiungitur. Relinquitur ergo, quod non est impossibile Deum res ad non esse reducere: cum non sit necessarium cum rebus else præbere, nisi ex suppositione sue ordinatio & præficiet: quia sic ordinavit & præficiuit, ut res in perpetuum in else teneret.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod si creaturas Deus in nihilum redigeret, non esset causa tendendi in non esse, hoc non contingenter per hoc quod se causaret non esse in rebus; sed per hoc quod deficeret rebus dare else.

AD II. dicendum, quod res corruptibles definitur esse per hoc, quod earum materia aliam formam recipit, cum qua forma prior stare non potest: & ideo

ad earum corruptionem requiritur actio alicuius agentis, per quam forma noua educatur de potentia in actu: sed si Deus res in nihilum redigeret, non esset ibi necessaria aliqua actio: sed folum hoc quod desisteret ab actione qua rebus tribuit else: sicut absentia actionis solis illuminatis causat lucis priuationem in acre.

AD III. dicendum, quod ratio illa procederet, si Deus agendo, res annihilare posset, quod quidem non est: sed magis ab actione desistendo, ut dictum est.

AD IV. dicendum, quod ubi non est actio, non est necessarium finem requirere; sed quia ipsa desisteret ab actione non potest in Deo, nisi per suam voluntatem que non est nisi finis, posset in ipsa annihilatione rerum finis aliquis inueniri: sicut in productione rerum, finis est manifestatio copiae diuinæ bonitatis: ita in rerum annihilatione, finis est potest sufficientia suæ bonitatis: quæ in tantum efficiuntur, ut nullo exteriori indigent.

AD V. dicendum, quod effectus a causa sequitur & est secundum modum causæ, vnde effectus voluntatibus consequentes, tunc a voluntate procedunt, quando voluntas statuit else procedendum non autem de necessitate quando voluntas est. Et ideo, quia creature procedunt a Deo per voluntatem, tunc else habent, cum Deus uult eas esse: non de necessitate quandocumque Deriv voluntas est, alias ab aeterno fuissent.

AD VI. dicendum, quod in actione Dei, quare producitur, duo est considerare, ipsam substantiam operationis, & ordinem ad effectum. Substantia quidem operationis cum sit diuina essentia, etiam est, nec potest non esse. Ordo autem ad effectum dependet ex voluntate diuinæ qualibet. non actione facientis, non sequitur esse, nisi secundum convenientiam principii actionis; secundum enim medium caloris ignis facit. Vnde cum principiū factum a Deo, sit voluntas: per hoc actione diuina est ordinata ad effectum, propter voluntas determinat. Et si quanvis actio Dei, cessare non possit secundum suam substantiam, ordo tamen ad effectum certe posset, si Deus uult.

AD VII. Dicendum, quod communis animi conceptio dicitur illa, cuius oppositum contradictionem includit: sicut opere totum est minus sua pars: quianon esse maius sua pars est contra rationem totius. Sic autem animam rationalem non est esse, non est communis animi conceptio, vt ex dictis patet: sed naturam animæ rationalis non esse corruptibilem, haec est communis animi conceptio. Secundum Deus anima rationalis in nihilum redigere hoc non esset per aliquam potentiam ad non esse, quia sit in natura animæ rationalis, vt dictum est.

AD VIII. Dicendum, quod illud in cuius natura est possibiliter ad non esse, non recipit necessitatem defendi ab alio, ita quod non competit in natura: quia hoc implicaret contradictionem, scilicet natura posse non esse: & quod haberet necessitatem essendi: sed quod habeat incorruptibilitatem ex gratia vel gloriæ, hoc non prohibetur. Sicut corpus Adiuvi quodammodo incorruptibile per gratiam innocentie & corpora resurgentium erunt incorruptibilia per gloriam, per virtutem atque suo principio adherentia. Non tamen remouetur quin ipsa natura in qua non est possibiliter ad non esse, habeat necessitatem defendi ab alio: cuicunque perfectionis habet sit etiam aliud, vnde cessante actione suæ causæ deficeret, in propria potentiam ad non esse, quia in ipso sit etiam potestatem quæ est in Deo ad non dandum.

Ad

L. 6. com. 6.  
tom. 3.

q. 3. art. 26.

QVÆST. V. DE CONS. RER. IN ESSE A DEO, ART. IIII. 49

**A**d non vñ dicendū, q̄ in illis quæ sunt p̄ naturā incorruptibilia, non prætelligitur potentia ad nō esse, qua tollatur per aliquid a Deo receptum, fīm q̄ obiectio procedebat, & hoc ex dictis patet. Sed in illis quæ sunt incorruptibilia per gratiam, subest possibilas ad non esse in ipsa natura; quæ tamen taliter reprimitur per gratiam ex virtute Dei.

**A**d x. dicendum, q̄ si Deus creaturas incorruptibiles in nihilum redigeret ab eorum conseruatione cessando, non propter hoc sempiternitatem a natura separaret, quasi remanceret natura non sempiternas, sed tota natura desiceret influxu caue cestante.

**A**d xi. dicendum, q̄ corruptibile per naturā nō potest mutari, vt fiat per naturam incorruptibile, nec econseruo, quamvis illud quod est per naturā corruptibile, possit per gloriam superuenientem perpetuum fieri. Non tamen ex hoc oportet pone re aliqua corruptibilia, fieri per naturam incorruptibilia: quia esse defuerint causa non cestante.

**A**d xii. dicendum, q̄ licet creature incorruptibiles ex Dei voluntate dependant, quæ pōt̄ eis esse p̄bere, & non p̄bere: consequuntur enim ex diuina voluntate absolutam necessitatem essendi, in quantum in tali natura causantur, in qua non sit possibilitas ad non esse: talia n. sunt cuncta creatura, qualia Deus esse ea voluit, vt Hil. dicit in lib. de synodis.

**A**d xiii. dicendum, q̄ Deus licet possit creaturas redigere in nihilum, non tū pōt̄ facere q̄ eis manētibus ipse nō sit earum causa (est autem earum causa, & sicut efficiens, & sicut finis) sicut ergo Deus non potest facere q̄ creatura in esse manens ab eo non sit, & ita nō pōt̄ facere quod ad eius bonitatem nō ordinetur. vnde, cum malum culpa priuuet ordinē qui est in ipsum, sicut in finem, eo quod est auersio ab incommutabili bono, Deus non potest esse causa mali culpa, quamvis potest esse causa annihilationis, omnino a conseruatione cestando.

**A**d xiv. dicendum, quod Aug. loquitur de malo culpa: & si loqueretur etiam de malo pena, an nihilatio tamē rerum nullum modum est: quia omne malum fundatur in bono, cū sit priuatio, vt Aug. dicit. Vnde sicut ante rerum creationem, male nō erat, ita nec malū esset, si omnia Deus annihilaret.

**A**d xv. dicendum, quod in nulla creatura est virtus, quæ possit vel de nihil aliud facere, vel aliqd in nihilum redigere. Quod autem creature in nihilum redigerent diuina conseruatione cestante, hoc non esset per aliquam actionem creaturæ, sed per eius defectum, vt ex predictis patet.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum aliqua creatura in nihilum sit redigenda, vel in nihilum redigatur.

**Q**uartur, vtrum aliqua creatura in nihilum sit redigēda, vel etiam in nihilum redigatur. Et videtur quod sic. Sicut enim potest finita nō potest mouere tempore infinito, ita nec per potentiam finitam pōt̄ aliquid esse tempore infinito: sed oīs potentia corporis est finita, vt probat in 8. Phys. ergo in nullo corpore est potentia, vt posse sit durare tempore infinito. Quædā autem corpora sunt quæ non possunt corrumpi, eo quod non habent contrarium: sicut corpora celestia. ergo neesse est quod quandoque in nihilum redigantur.

**¶** 2. Præt. Illud qđ est pp̄ aliquem finem adipiscēdū, habito fine vltierius eo non indigetur: sicut patet de naui, que necessaria est mare transiuntibus, non autem iā trāsito mari: sed creatura corporalis creata

**A** est pp̄ spiritualē, vt per eā junetur ad suum finem cōsequendū. Cum ergo creatura spiritualis erit in suo fine ultimo cōstituta, corporali vltierū nō indigebit. Cū ergo nihil sit sup̄flū in operib. Dei, vī q̄ in ultimo rerum fine oīs creatura corporalis deficit.

**¶** 3. Præt. Nihil qđ est p̄ accidens, est infinitū: sed esse est cuiuslibet creature p̄ accidens, vt Auicen. dicit (vñ & Hila. in lib. de Trin. Deū a creatura distingueſ dicit. Essēnō est accidens Deo) ergo nulla creatura in infinitū durabit. Et sic oīs creaturæ qñq̄ deficit.

lib. 7. de tri. nō loage a principio.

**¶** 4. Præt. Fins dēt rīdere principi: sed creature p̄ principiū sumpt̄rū postquā nihil erat p̄ter Deū. ergo adhuc creature reducēn̄ in fine, qđ oīnō nihil erit.

**¶** 5. Præt. Qđ nō hē virtutē vt sit semper, nō pōt̄ in perpetuū durare: sed illud qđ nō semp̄ fuit, nō hē virtutem ut sit semper: ergo quod nō semper fuit, non potest in perpetuum durare. Sed creatura nō semper fuerint. ergo non possunt in perpetuum durare, & sic quandoque in nihilum redigentur.

**¶** 6. Præt. Iustitia requirit hoc, vt propter ingratitudinem aliquis beneficio accepto vel succēpto priuetur: sed per peccatum mortale homo ingratuatus est inuenitus: ergo iustitia hoc exigit, ut de oīb. beneficiis Dei priuetur, inter quæ etiam est ipsum esse. Iudicium autem Dei de peccatoribus erit iustum fīm Apostolū Roman. 2. ergo in nihilum redigērū.

**¶** 7. Præt. Ad hoc est qđ dīlerem. 10. Corripe me Dñe: verū tū in iudicio, & nō in furore tuo, ad nihilum redigas me. Sed dicerebūt, q̄ Deus semper puniit circa condigni pp̄ misericordiam, q̄ in Dei iudicio iustitia admiserit, & sic Deū nō totaliter peccatores a participatione suorū bñficiorū excludet.

**¶** 8. Sed contra. In hoc homini misericordia non præstat, quod sibi detur aliquid quod melius esset ei non habere: sed damnato in inferno melius esset nō esse quam sic esse, quod patet per id quod dicitur Matth. 15. de Iuda. Melius erat ei si non fuīs fer homo ille, ergo ad misericordiam Dei non pertinet, quod damnatos consuerint in esse.

**¶** 9. Præt. Illa quæ non habent materiam partē sui, corruptum omnino, id est totaliter, cum esse desinunt, vt dicitur in tertio Metaphysic. sicut sunt accidentia: haec autem frequenter esse desinunt. ergo aliqua in nihilum rediguntur.

**¶** 10. Præt. Philosophus in 6. Physic. argumentatur, q̄ quod si continuum est ex indissibilibus, quod nō esse est, quod indissibilia dividantur. Ex quo potest accipi quod unumquodque resolutur in ea ex quibus est: sed omnes creature sunt ex nihilo. ergo Omnes in nihilum quandoque rediguntur.

**¶** 11. Præt. 2. Pet. 3. dicitur, Celi magno impetu trahent: sed non possunt transire per corruptionem in aliquod aliud corpus, cum non habent contrarium, ergo transibunt in nihilum.

**¶** 12. Præt. Ad idē est quod dicitur in Psalmo. Opera manuum tuarum sunt celi, ipsi peribunt: & Luc. 21. dicitur, Cœlum & terra transibunt.

SED CONTRA est, quod dicitur Ecclesiastes. 1. Terra autē in eternū stat. Præterea. Ecclesiastes. 3. dicitur, Didici, q̄ oīa opera, quæ fecit Deus persecutent in eternū. ergo creature in nihilū nō redigent.

**R E S P O N.** Dicendum, q̄ univeritas creaturatum numquā in nihilum redigēt. Et quānis creature corruptibiles non semper fuerint, in perpetuū tamen fīm suā substantiam durabunt: licet a quibundam possit furerit, q̄ omnes creature corruptibiles in ultima rerū cōsumatione deficit in nō esse.

Vide r. p. q. 104. art. 5. & de uer. q. 5. art. 5. ad 6.

Quod  
Quod  
Quod

Quod

QVÄST. V. DE CONS. RER. IN ESSE A DEO, ART. III.

Quod quidē Origeni ascribitur, qui tamen hoc nō videtur dicere, nisi aliorū opinionem recitādo: huius tñ rationem sumere possumus ex duobus. Primo quidē ex diuina voluntate, ex quā creaturarum esse dependet. Voluntas. n. Dei, quamvis absolute considerata, ad opposita se in creaturis hēat, co q̄ non magis ad unū quād ad alterum obligatur, ex suppositione tamen facta aliquam necessitatē hēt. Sicut enim in creaturis aliquid, quod se ad opposita habet, necessarium creditur positione aliqua facta, vt Sortem possibile est sedere, & nō sedere, necessarium tamen est eum sedere, cum sedet: ita voluntas diuina, quā quantum est de se pōt velle aliquid & eius oppositum, vt Petrum salvare, vel non, non potest velle Petrum non salvare dum vult Petrum salvare. Et quia eius voluntas immutabilis est, si ponitur aliquando ei aliquid velle, necessarium est ex suppositione illud eum semper velle, licet nō sit necessarium ut velit q̄ sit semper, quod vult esse aliquā. Quicunq; autem vult aliquid pp se ipsum, vult, ut illud sit semp ex hoc ipso, q̄ illud pp le vult. Qd n. aliquis vult quandoq; esse, & postmodum non esse, vult esse vt aliquid aliud perficiat, quo pfecto eo non indiget, quod propter illud perficiendū volebat. Deus autem creaturarū viuiversitatem vult pp seipsum, licet & propter seipsum eam velit esse, hēc enim duo non repugnant. Vult enim Deus vt creaturæ sint propter eum bonitatem, ut eam scilicet suo modo imitantur, & representent: quod quidē faciunt inquantum ab ea esse habent, & in suis naturis subsistunt. Vnde idem est dicta, q̄ Deus omnia propter seipsum fecit (quod dicitur Prover. 76. viii. uera pp semetipsum operatus est Dominus,) & q̄ creature fecerit propter carum esse, quod dicitur Sap. primo, Creatuit enim Deus vt essent omnia. Vñ ex hoc ipso q̄ Deus creaturas instituit, patet quid voluit eas semper durare, cuius oppositum ppter eius immobilitatem nunquam contingit. Secundo, ex ipsa rerum natura: sic enim Deus vnamquamq; naturam instituit, ut ei nō auferat suam proprietatem. Vnde dicitur Rom. 11. in glo. quod Deus, qui est naturarum conditor, contra naturas non agit, & si aliquando in argumentum fidei in rebus creatis aliquid supra naturam operetur. Rerum autem immaterialium, quā contrarietatem carent, proprietas naturalis est earum semperitatis: quia in eis non est potentia ad non esse, ut supra ostensum est. Vñ sicut igni nō aufer naturalem inclinationem, qua sursum tendit, ita non aufer rebus prædictis semperitatem, ut eas in nihilum redigat.

A D P R I M U M ergo dicendū, q̄ fm Cōmē. II. Metap. quod licet oīs potentia, que est in corpore, sit finita, non tamen oportet quidē in quolibet corpore sit potentia finita ad esse, quia in corporibus incorruptibilis per naturam, nō est potentia ad esse, nec finita nec infinita, sed ad moueri tantum. Sed hæc solutio non videtur valere, q̄ quia potentia ad esse non solum accipitur fm modum potentiae passiuæ, quia est ex parte materiae, sed etiam fm modum potentiae actiuaæ, q̄ est ex parte formæ, quæ in rebus incorruptibilis deesse non pōt. Nam quantum vnicuiq; inest deforma tantum inest ei de virtute esendi. Vnde & in primo Celi & mundi Philosophus vult quidē quædā habeant uitutem, & potentiam ut semper sint. Et ideo aliter dicendum, q̄ ex infinitate temporis non ostenditur habere infinitatē, nisi illud quod tpe mensuratur, uel p se, sicut

F motus, & vel p accidēs, sicut esse rerū, q̄ motu subiacēt q̄ aliqua periodo motus durat, vltra quā dura re non possunt. Esse aut corporis celestis nullo modo attingif, nec a tempore, nec a motu, cū sit omnino invariabile. Vnde ex hoc, q̄ celum est tempore infinito, esse eius nullā infinitatē haber, sicut omnino extra continuitatē temporis existens: pp quod a Theologis dī mensurari auo. Vnde non requiri in celo aliqua virtus infinita ad hoc q̄ sit semper.

Ad SECUNDUM dicendū, q̄ sicut una pars exercita ordinat, & ad alia, & ad ducent: ita corporalis crea tura ordinatur, & ad perfectionem spiritualis crea tura iuuadā, & ad diuinam bonitatem reprobatur, quod semper faciet licet primum ceterum.

G Ad TERTIUM dicendū, q̄ esse nō dī a accidenti, q̄ sit in genere accidentiis, si loquamur de esse substantia: est n. actus essentia, sed p quādā similitudine, q̄ non est pars essentia, sicut nec accidentis. Sitamē. sit in genere accidentiis, nihil prohibetur quin in ini mium duraret: per se enim accidentia, ex necessitate suis substantiis insint: vnde, & nihil prohibetur ea per perpetuum inesse. Sed accidentia qua per accidentem insint subiectis, nullo modo in perpetuū durante cundum naturam. huiusmodi autē esse non potest ipsum esse rei substantiale, cum sit essentia actus.

H Ad QUARTVM dicendū, q̄ antequā res essentia erat aliqua natura, cuius pprictas esset ipsa sempiternitas: sicut est aliqua natura rebus iam creatis. h̄ pterea hoc ipsum potuit esse ad aliquā pfectiōnem creature spiritualis, q̄ res non semper fuerint: qua per hoc Deus expellit rerum causa ostēditur. Nulla autem utilitas quereretur, si omnia in nihilitate gererentur. Et ideo nō est simile de principio, & fine.

I Ad QUINTVM dicendū, q̄ illa q̄ semper durabim habet virtutem vt sit semper: hanc tñ virtutem in semper habuerunt, & ideo non semper fuerunt.

Ad SEXTVM dicendum, q̄ licet Deus de iuventu creaturæ cōtra se peccanti, posset esse subtrahere & eam in nihilum redigere, tamē conuenienter istitia est vt eam inesse reseretur ad penam. Et hoc ppter duo. Primo, quia illa iustitia non haberet aliquā misericordiæ admittitum: cum nihil remaneret, & posset misericordia adhiberi. Dicitur autē in Psalmo viii. via Domini misericordia, & veritas. Secundo, quia ista iustitia congruentius responderet culpi in duabus. In uno quidem, quia in culpa voluntas abutitur. Si autem creatura omnino in nihilum redigeretur, esset tantum nocumētum māræ, & non afflictio voluntatis. In altero vero, q̄ cum in peccato duo sint, laueris ab incom mibili bono, & conuersio ad bonū cōmūtabile, conuersio post se auersione trahit. Nullus enim peccatum intendit a Deo auerti, sed querit frui tēporali boni cum quo simul Deo frui non pōt. Vnde cum pēdāmī auersione culpæ respondat, conuersio eo etiā pēna sensus, pro actuali culpa conuenient est, vt poena damni non sit sine poena sensus. Si autem in nihilum creatura redigeretur, esset quidē na damni æterna, sed non remaneret poena sensus.

K Ad SEPTIMVM dicendum, quidē iudicium de quā Propheta mentionem facit, predictam cōsecutio nem, conuentiam, & operationem penaz ad eam importat. Furor enim a quo liberari petimus, misericordia temperamentum excludit.

**A**D OCTAVVM dicendum, quod aliquid dicitur melius, vel propter presentiam magis boni: & sic melius est damnato esse quam non esse: vel propter absentiam mali, quia etiam carere malo, in rationem boni cadit, secundum Philosophum in 5. Eth. Et secundum hoc intelligitur uerbū Dñi Iudicū.

**A**D NONVM dicendum, quod formae, & accidentia eti non habeant materiam partem sui ex qua sint, habent tamen materiam, in qua sunt, & de cuius potentia educuntur. unde & cum esse desinunt non omnino annihilantur: sed remanent in potentia materiae sicut prius.

**A**D X. Dicendum, quod sicut creature sunt ex nihilo, ita in nihilo sunt redigibiles, si Deo placet.

**A**D XI. & duodecimum dicendum, quod auctoritates illae non sunt intelligendae hoc modo quod substantia mundi pereat, sed figura, ut Apostolus dicit prima ad Corin. septimo.

#### ARTICULUS V.

Vtrum motus celi quandoque deficiat.

**Q**UINTO queritur, vtrum motus celi quandoque deficiat. Et videtur quod non. Dicitur. n. Gen. 9. Cunctis diebus terre, lumentis, & messis, frigus, & exs. hyems, & astas, nox, & dies non requiecent: haec autem omnia ex motu celi proueniunt. ergo motus celi non requiecit quandiu terra erit: terra autem in eternum stat, vt dicitur Ecclesiasticus primo, ergo & motus celi in eternum erit. Sed dicetur, quod intelligitur deterra prout seruit homini secundum praesentem statum, quo per seminationem, & messem homo fructus ex ea colligit ad sustentationem vitæ animalium: non autem pro, ut terra seruit homini iam glorificato in eternum durans ad maiorem bonorum iocunditatem.

**S**ED CONTRA dicitur Ierem. 3. 1. Haec dicit Dominus qui dat Solem in lumine dici, ordinem Lunæ, & Stellarum in lumine nodis, qui turbat mare, & sonant fluctus eius, Dominus exercituum nomen eius: si defecerint leges ista coram me, tunc, & semen Israel deficiet ut non succoram me gens semper. Non autem intelligitur de Israël carnali, qui iā per sui disperitionem gens dici non potest. Unde oportet quod intelligatur de Israël spirituali, qui tunc maxime coram Deo gens erit, cum per essentiam Deum videbit, ergo in statu beatitudinis leges premisit, que motum celi sequuntur, nō cessabunt: & sic neque per consequens motus celi.

**P**ret. Quęcumq; necessitate in ex priori necessario habent, sunt necessaria absolute, ut pater per Philosophum in 2. Physico. sicut mox animalis que necessaria est propter materie necessitatem. Operaciones autem rerum incorruptibilium, inter quas motus celi oportet ponere, sunt propter substantias eorum quorū sunt operationes, & sic necessitatē ex priori habere uidentur: cum econuerso sit in corruptibilius, quorum substantias sunt propter eam operationes: unde ex posteriori necessitatē habet, ut Cōmen. ibidem dicit. ergo motus celi necessitate abso luta necessarius est, & ita numquam cessabit.

**P**ret. Finis motus celi est, ut celum per motum

affinitatem Deo, in quantum exit de potentia in actu per suum renouationem, quo successive actualiter acquirit. vnumquodque enim secundum hoc Deo, qui est purus actus, affinitatur per actu est. Iste autem finis cessaret cestante motu. Cū motus ergo non cesset nisi obstante fine propter quem est, numquam motus celi cessabit. Sed dicebatur, q; motus celi non est pp; hunc finem: sed ad cōplē dū numerū electorū, quo cōpletio motū celi gescit.

**A**SSED CONTRA, Nihil est propter vilius se, eo quod finis est nobilior his, quę sunt ad finem, cum finis sit causa bonitatis in his quę sunt ad finem: sed cœlum cum sit incorruptibile, est nobilior quam generabilia, & corruptibilia. ergo non potest dici, q; motus celi sit propter aliquam generationem in ipsis inferioribus, per quam in numerus electorū posset compleri. Sed dicebatur, q; motus celi nō est propter generationē electorū, sicut propter generalem finem: sed sicut pp; finem secundarium.

**S**ED CONTRA, Habito sine secundario, non quietit quod propter finem motus mouetur. Si ergo generatio per quam cōpletur numerus electorū, est secundarius finis motus celi, eo habito non quietet adhuc cœlum.

**P**ret. Oꝝ quod est in potentia, est imperfectum, nisi ad actuū reducatur: Deus autē in mundi conformatio ne non dimittit aliud imperfectum. Cū ergo potentia quę est in celo ad vbi, non reducat in actuū nisi per motum, uidetur quod motus cœli etiam in mundi consumatione non quiesceret.

**P**ret. Si causę aliquius effectus sunt incorruptibles, & semper eodē modo se habentes, & effectus ipse est sempiternus: sed omnes causę motus celi sunt incorruptibles: & semper eodē modo se habentes sive accipiamus causam mouētem, sive ipsum mobile, ergo motus celi in sempiternum durabit.

**P**ret. Illud quod est sempiternitas suscepitū, numquā a Deo sua sempiternitate priuabitur, ut patet in angelo, anima rationali, & substantia celi: sed motus celi est susceptiuus sempiternitatis (foliū. n. motum circularē contingit esse perpetuum, vt p. 73. & 74. bā in octauo Phisi). ergo motus celi in perpetuum durabit, sicut & alia quę nata sunt esse sempiterna.

**P**ret. Si motus celi quietet, aut quietet in instanti, aut in tempore: si in instanti, contingit simul idem quietescere, & moueri, quia cū in toto tempore praecedenti moueretur, oportet dicere, q; in quolibet ipsius temporis, in quo natum est moueri cœlū moueretur. In instanti aut signato, in quo datum est celum quietescere, natum est celum moueri, cū motus & quies circaidem sint: hoc autem instans est aliud temporis praecedentis, cū sit terminus eius. ergo in eo moueretur, & datum erat q; in eo quietescet, ergo simul in eodem instanti quietet, & mouebitur, quod est impossibile. Si autem quietet in tempore, ergo tempus erit post motu cœli. Sed tempus non est sine motu cœli, ergo motus cœli erit postquam esse desierit, quod est impossibile.

**P**ret. Si motus celi aliquando deficiat, oportet q; tempus deficiat, quod est numerus eius, ut patet in 4. Phy. sed impossibile est tempus deficer. ergo impossibile est motum celi deficer. Probatio medie. Omne quod semper est in sui principio, & sui fine, nunquam ceperit esse, nec unquam deficerit, eo q; unumquodque est post suum principium, & ante finem suum: sed nihil est accipere temporis, nisi instans quod est principium futuri, & finis preteriti, & sic tempus semper est in sui principio, & fine. ergo tempus numquam deficiet.

**P**ret. Motus celi ē naturalis celo, sicut, & motus grauiū, & leuiū est eis naturalis, vt patet i primo Cęli, & mū. Hoc autē differt, q; corpora elementaria nō mouētur naturaliter, nisi cum sunt extra suū ubi, cęlum autē mouetur etiā i suo ubi existē: ex quibus accipi potest, q; sicut se habet corpus elementare ad motum suum naturalem, cum est extra suum ubi: ita se habet celum ad motum suum naturale cū est in suo ubi. Corpus, n. clementare cum est extra suū

Quęst. dil. S. Thomæ. G 2 vbi,

Lib. 8. com.  
101. tom. 2.

Lib. 4. com.  
101. tom. 2.

Lib. 1. com.  
78. & sequē  
tom. 2.

QVAE S. V. DE CONS. RER. IN ESSE A DEO. ARTIC. V.

vbi non quiescit, nisi per violētā. ergo & celi nō potest quiescere, nisi quies sit violēta: quod quidē est inconveniens. Cū enim nullū violentum possit esse perpetuum, sequetur q̄ illa quies celi nō esse perpetua: sed quandoque iterum celi moueri inciperet, quod est fabulolum. ergo non est dicēdum quod motus celi aliquando quiescat.

¶ 13 Præt. Eorū qua sibi succedunt, oportet esse alii quē ordinem, & proportionem: finiti autē ad infinitū non est aliqua proportio. ergo inconvenienter dicitur q̄ celiū finito tempore sit motū, & postmodū infinito tpe quiescat: quod tñ oportet dicere, si mo<sup>r</sup>e celi incipit & finiet, & nunq̄ reincipiat.

¶ 14 Præt. Quanto aliquid Deo assimilatur secundū nobiliōrē actū, tanto nobiliōr est assimilatio: sicut nobiliōr est assimilatio hominis a Deum, q̄ est sū animam rationalem, quā animalis brutis, quae est secundum animam sensibilem. Actus aut secundus, nobiliōr est quām actus primus: sicut consideratio quām scientia, ergo assimilatio qua celiū assimilatur Deo sū actū secundū, qui est causare inferiora, est nobiliōr quām assimilatio sū claritatem, quae est actus primus. Si ergo in mundi consumatione partes principales mundi meliorabuntur, uidetur quod celiū non definetur, aliqua maiori claritate repletum.

Tex. 18. 37.  
38. & 39.

¶ 15 Præt. Magnitudo & motus & tempus se cōsequantur, quantū ad diuisionē, & finitatem uel infinitatē, ut probatur in 6. Phy. sed in magnitudine circulari non est principium neque finis. ergo nec i motu circulari poterit esse aliquis finis. Et sic cum motus celi sit circularis, ut q̄ nunq̄ finietur. Sed dicebat, q̄ licet motus circularis nunq̄ sedm̄ suā naturā finiatur, tamen diuina uoluntate finiet.

Circa prima  
tex.

16 SED CONTRA est quod Aug. dicit secundo super Gen. ad literam, Cū de mundi institutione agitur, non erit quid Deus possit sacre, sed qđ rerū natura patiatur ut fiat. Consumatio autē mundi, eius institutioni r̄ndet, sicut finis principio. ergo nec in his qua ptinēt ad finem mundi, recurrendū est ad Dei uoluntatē: sed ad rerum naturā.

¶ 17 præt. Sol per suam præficiam, lumen & diē in illis inferiorib. causat, per abſentiam uero tenebras & noctem: sed non potest esse Sol præfens utriusque hemispherio, nisi per motum. ergo si motus celi quiescat, semper sua præficiam in una parte mundi caufabit diem, & in alia noctem, cui Sol semper erit absens. Et sic illa pars non erit meliorata: sed deteriorata in mundi consumatione.

¶ 18 Præt. Illud quod aequaliter se habet ad duo,

Phy. lib. 2. c. 66.

aut utrius adhæret, aut neutri: sed Sol aequaliter se habet quantum est de sua natura ad quolibet vbi celi. ergo vel erit in quolibet, aut in nullo. Sed non potest esse in nullo, quia omne corpus sensibile alicubi est. ergo oportet quod sit in quolibet:

sed hoc non potest esse, nisi per motus successio-

nem. ergo semper mouebitur.

¶ 19 Præt. In mundi consumatione a nullo tolletur sua perfectio quod tunc remanebit, quia res quae remanebunt, in illo statu non deteriorabuntur: sed meliorabuntur. Motus autem est p̄fectio ipsius celi: qđ pater ex hoc quia motus est entelechia mobilis in quantum huiusmodi, ut d̄ in 3.

Phy. lib. 2. c. 66.

Phy. Et iterum ut dicitur in 2. Celi & mundi, celiū per motum perfectam bonitatem consequit. et

go in mundi consumatione celiū motu nō carebit.

¶ 20 Præt. Corpus aliqd nunq̄ attingeret gradū na-

ture spiritualis: hoc autē ad naturam spiritalē per-

tinet q̄ bonitatem perfectam sine motu habet,

ut patet in 2. Celi & mundi: nunquam ergo celiū si moueri desinat, perfectam bonitatem habebit, quod est contra rationem consumacionis mundi.

¶ 21 Præt. Nihil tollit, nisi per suum contrarium:

motui autem celi nihil est contrarium, ut proba-

tur in primo celi & mundi. ergo motus celi nun-

quam quiescat.

SED CONTRA est, quod dicitur Apo. 10. Angelus quem vidi stantem super mare & super terram, leuauit manū suā, & iurauit per uiuentem in secula seculorum, quia tempus amplius non erit:

tempus autem erit quandiu motus celi erit, ergo motus celi aliquando esse desinet.

¶ 22 Præt. Dicitur Iob 14. Homo cum dormierit non resurget, donec alteratur celiū non euigilabit, neque conserget de somno suo, celiū autem nō potest intelligi q̄ alteratur secundum substantiam, quia īmp̄ remanebit, vt prius probarot effe- go quando resurrectio mortuorum erit, celiū ac- teretur quantum ad motum, qui cessabit.

¶ 23 Præt. Rom. 8. super illud, Omnis creatura inge-

miscit & parturit, uisque adhuc, dicit glo. Ambro-

si, Omnia elementa cum labore sua explent officia, sicut Sol & Luna non sine labore statuta illi

implent spacia, quod est causa nostri, unde qui-

scient nobis aliumptis. ergo in resurrectione lan-

ctorum motus corporum celestium quiecent.

¶ 24 Præt. Ifidorus dicit in lib. creaturā, post modū celiū Sol laboris sui mercede recipiet, & nō uenit ad occasum nec Sol nec Luna, quod nō potest esse celiū moueat. ergo iunc celiū non moueat.

RESPON. Dicendum q̄ sū documenta lano-

rum ponimus motum celi q̄nque cessaturū, q̄ uis hoc magis fide teneatur, quām ratione demis- tri posset: ut autem manifestum esse positi q̄n huīs q̄nōs pendeat difficultas, attendendum est q̄ motus celi non hoc modo est naturalis celestis corpori, sicut motus elementaris corporis est filiū naturalis. habet enim huiusmodi motus immobi- li principiū, non solum materiale & receptivum

sed et formale & actiūm. Forma enim ipsius ele- mentaris corporis sequitur talis motus, sicut & li- niae naturales proprietates ex essentialib. principiis

consequuntur, unde in eis generas d̄ est esse mouēt inquantum dat formā, tamen cōsequitur motus sic at in corpore celesti dici non potest. Cum

natura semper in vñt tendat determinatōe non habens ad multā, impossibile est q̄ aliquia natura inclinet ad motum secundum seipsum, eo q̄

quolibet motu deformitas quedam est, inquantum non eodem modo se habet quod mouēt, uenit

formitas uero mobilis est contra motus rōnd. Vi-

de natura nunquam inclinat ad motum p̄ in-

uere, sed propter aliquid determinatum qđ ex m-

otu cōsequitur, sicut d̄ natura gravis inclinat ad q̄d in medio, & per consequens inclinat ad motu

qui est deorum, sū ḡ tali motu in talem locum

peruenit. Celiū autē non peruenit suo motu aliquod ubi, ad quod per suam naturā inclinetur, quia quolibet ubi est principium & finis motus, unde non potest esse suus motus naturalis quām

quens aliqd inclinationē naturalis virtutis in hinc tis, sicut sursum ferri est motus naturalis ignis. D̄ autē motus circularis esse naturalis celo, inquantum in sua natura hēt aptitudinē ad talem motū, & in seipso hēt principiū talis motus passū, adhuc autē principiū motus est aliqua substantia p̄parat ut Deus, uel intelligentia, uel anima, ut quidē po-

nūt. Quantū n. ad præsentem q̄nōm nihil diffi-

Ratio

Ratio ergo permanentie motus non potest sumi ex natura aliqua coelestis corporis, ex qua tantum est aptitudo ad motum: sed oportet eam sumere ex principio actiuo separato. Et quia agens omne pp finem agit, oportet considerare quis est finis motus coeli: si namque finis eius congruat q̄ motus alii quando terminatur, cœlum quandoque quiescat: si autem finis eius non competat quies, motus eius erit semperius, non enim potest esse q̄ motus deficit ex mutatione cause mouentis, cum voluntas Dei sit immutabilis, sicut etiam natura, & per eam immobilitatem consequantur, si quae sunt cause mediae mouentes. In hac autē confidatione tria oportet vitare, quorū primum est, ne dicamus celū moueri propter ipsum motum; sicut dicebatur celum esse propter ipsum esse in quo Deo assimilatur. Motus enim ex ipsa sua ratione repugnat, ne possit poni finis, eo q̄ motus est in aliud rēdēs: vnde non habet rationem finis, sed magis eius, qđ est ad finem. Cui etiam attingatur, q̄ est actus imperfectus, vt dicitur in 3. de Anima, & 3. Physic. Fines autem est ultima perfectio. Secundū est, ut non ponatur motus coeli esse propter aliquid vilius: nā cum finis sit vnde ratio sumitur, oportet finē preminere his, quae sunt ad finem. Porest autem contingere, q̄ vilior sit terminus operationis rei nobioris: non autem vt sit finis intentionis. Sicut secunditas rusticæ est terminus quidam, ad quem operatio Regis gubernantis terminatur: non tamen regi men Regis est ordinatum ad huius rusticæ securitatem sicut in finem: sed in aliquid melius, scilicet in bonum commune, vnde non potest dici, q̄ generatio istorum inferiorum sit finis motus cœli, & si sit effectus vel terminus: quia & cœlum his inferioribus preminet, & motus eius motibus, & mutationibus horum. Tertium est, vt non ponatur finis motus cœli aliquid infinitum: quia vt dicitur in 2. Metaphys. Qui ponit infinitum in causa finali, destruit finē, & naturam boni. Pertingere enim quod infinitum est, impossibile est: nihil autē mouetur ad id quod impossibile est. ipsum consequi, vt dicitur in primo Cœli, & mundi, vnde non potest dici, q̄ finis motus cœli sit ut consequatur in actu: nisi ad quod est in potentia, licet hoc Auicen. dicere videtur: hoc enim impossibile est cōsequi, cum infinitum sit: quia dū in uno vbi sit in actu, erit in potentia ad aliud vbi, in quo prius actu existebat. Debet ergo finis motus cœli ponere aliquid qđ cœlum per motū consequi possit, qđ sit aliud a motu, & eo nobilius. Hoc autē dupliciter pōt poni, uno modo vt ponatur unus motus cœli aliquid i ipsō esse lo, qđ simul cū motu existit. Et secundū hoc a quibuldam Philosophis ponitur, q̄ similitudo ad Deū i causando est finis motus cœli, qđ qđ sit ipso motu durante: vnde secundū hoc non conuenit q̄ motus cœli deficit, q̄a deficiente motu, finis ex motu puenies cessaret. Alio modo potest poni, finis motus cœli aliquid extra cœlū, ad quod pertinetur per motum cœli, quo cessante illud potest remanere. Et hec est nostra positio. Ponimus enī q̄ motus cœli est propter implendū numerum electorū. Animalia nāque rationalis quolibet corpore nobiliores est & ipso cœlo. Vnde nullum est inconveniens, si ponatur finis motus cœli multiplicatio rationaliū animalium: non ante in infinitum, quia hoc per motū cœli puenire nō posset, & sic moueretur ad aliquid, qđ cōsequi nō potest: unde relinquitur, q̄ determinata multitudo animalium rationalium sit finis motus cœli. Vnde ea habita motus cœli cessabit. Licet autē

A vtraq; positionū predicatorum possit rationabiliter sustineri, tñ secunda, q̄e fidei est, vñ esse, pbabiliōr pp tres rōnes. Primo quidē, quia nihil dicitur dicere finē alicuius esse assimilationē ad Deū secundū aliquid: & illud, secundū qđ assimilatio attendit. Si cū supra dictū est, q̄ finis rerū posset dici, uel ipsa assimilatio diuinę bonitatis, uel esse rerū, secundū q̄ res Deo assimilantur. Ide ergo est dictū finē motū cœli esse assimilari Deo in causando, & caułare. Cāre autē nō pōt esse finis, cū sit operatio habēs operā, & rēdens in aliud: huiusmodi. operationibus meliora sunt operata, ut dī in principio Ethi. vnde humōi factio[n]es nō possunt esse finis agentiū, cū non sint perfectiones facienti[us]: sed magis factorū. B vñ & ipsa facta sunt magis fines, ut patet 9. Met. & 1. Ethi. Ipsa autē operata nō sunt fines, cū sint uiliorā celo, ut supra dictū est. vñ relinquitur nō conuenienter dici, q̄ finis motus cœli sit assimilariad Deū i causando. Secundo vero, quia cū cœlū mouetur, in ipso existente sola aptitudine ad motū, principio uero aliud existere extra, ut dictū est, mouet & agit sicut in instrumentum: hac est. n. dispositio in strumentis, ut patet in artificialibus. Nā in securi est sola aptitudine ad talē motū, principiū autē motus in artifice est. Vñ, & secundū Philosophos. Quod mouet motum, mouet ut instrumentū. In actione autē, q̄ est per instrumentū, nō pōt esse finis aliquis in ipso instrumento, nisi per accidens, in quantum instrumentū accipitur ut artificiatum, & non ut instrumentū. vñ non est probabile, q̄ finis motus cœli sit aliqua perfectio ipsius: sed magis aliquid extra ipsum. Tertio, quia si similitudo ad Deū in causando est finis motus cœli, præcipue attenditur hēc similitudo secundū causabilitatē eius, quod a Deo immediate cauſatur. Animalia rationalis, ad cuius causabilitatem concurrit cœlum per motum suum materiali disponendo. Et ideo probabilius est quod finis motus cœli sit numerus electorum, quam assimilatio ad Deū in causabilitate generationis, & corruptionis, secundū q̄ Philosophi ponunt. Et ideo concedimus, q̄ motus cœli completo numero electorum finitur.

D AD PRIMVM ergo dicendum, quod loquitur de duratione terræ secundum quod est trāmutatio[n]i subiecta: sic. n. ea seminatur, & metitur. Tali autē statu terræ durante, motus cœli non cessabit.

AD SECUNDVM dicēdū, q̄ authoritas illanō est intelligēda de Israēl carnali, sed de Israēl spūali: nō tñ secundū q̄ est in patria corā Deo, contēplando ipsum per speciē. sed secundū q̄ est in via coram Deo p fidem, vt sic idem sit, qđ dī hic, & qđ Dñs dīscipulis loquēs ait Matth. ultimo. Ecce ego uobis scum sum vñque ad confirmationem feculi.

E AD TERTIUM dicēdū, q̄ hēc prepositio, pp, denotat causam. vnde qñque denotat causam finalē que est posterior in esse, qñque autem materialē vel efficientē, quae sunt priores. Cum autem dī in rebus incorruptibilibus, Actus sunt propter agentia. Propter, nō denotat causam finalē: sed cām efficientem, ex qua est necessitas ibi, & non ex fine. Motus ergo cœli si comparetur ad ipsum mobile, non habet ex eo necessitatem sicut ex causa efficientē, vt ostensum est: habet autem nāque necessitatem ex mouente. Quod, quia est voluntarie mouens, secundum hoc necessitatem in motu inducit, secundum quod determinatum est per ordinem sapientie diuinę, & non ad moueri semper.

F AD QVARTV dicendum, quod assimilari Deo secundum hoc, quod actu acquirit successione dīceret situs, ad quos prius erat in potentia, non

9. Met. t. 9.  
Eth. cap. 1.

In hoc art.

In hoc art.

In corp. art.

OVÆS. V. DE CONS. RERVM IN ESSE A DEO. ARTIC. V.

**In corp. ar.** tia, non potest esse finis motus cceli: tum quia hoc F infinitum est, ut supra ostensum est: tum quia sicut ex una parte per motum acceditur ad diuinam similitudinem, per hoc q̄ situs, qui erant in potentia, sunt actu: ita ab alia parte recessit ad diuinam similitudinem, per hoc q̄ situs qui erant in actu, sunt in potentia.

AD QVINTVM dicendum, quod icet generabilia, & corruptibilia sunt viliora celo: in animalia rationales sunt corpore coeli nobiliores, quae trans Deo producuntur ad esse in materia disposita per motu coeli, & hanc eam, quod completo numeri

**A**D SEXTUM dicendum, q[uod] completio numeri electorum f[ac]tum doctrinam fidei non ponitur secundarius finis morus cœli, sed principalis, licet non ultimus; quia finis ultimus vniuersitatisq[ue] rei, est beatitas diuina, in quantum creaturæ quoquo modo ad eam pertingunt, vel per similitudinem, vel per debitum famulatum.

AD SEPTIMVM dicēdū, q̄ res non dī esse im  
perfecta, quacumq; potentia in ipsa nō reducta ad  
actū, sed solum q̄n per reductionē in actū res  
suum consequitur complemētū. Non n. homo  
qui est in potentia, ut sit in India, imperfectus erit si  
ibi non fuerit: sed imperfectus dī si iacentia vel vir-  
tute carcat, qua natus est perfici. Cœlum autem nō  
perficitur per locum, sicut corpora inferiora, quæ  
in proprio ubi conseruantur. Vnde licet potentia  
qua potest esse in aliquo vbi, nunquam reducatur  
ad actū, non tamen sequitur q̄ sit imperfectum.  
Nam si in se confideretur, nō maior est sibi perse-  
stio q̄ sit in uno situ q̄ in alio: sed in differētē se ha-  
bet ad omnia vbi, cum ad quodlibet mouetur na-  
turaliter. Ipsa ante in indifferētā magis inducit ad  
quietem q̄ ad perpetuitatem motus: nisi confidere-  
tur voluntas motientis, & intendentis finem. Sicut  
etiam quidam Philosophi assignauerunt cām quie-  
tis terra in medio, propter indifferētām eius, re-  
spectu cuiuslibet partis eiū indifferētia coeli.

AD OCTAVUM dicendum q̄ licet cause motus ce  
li omnes sint sempiternæ , tamen mouens ex quo  
necessitas eius dependet , mouet per voluntatem ,  
& non est necessarium q̄ semper moueat , sed se-  
cundum quid exigat ratio finis.

**In corp. art.** *calidum quod exigit ratio finis.*  
AD NON dicendum, q̄ alio modo celum est  
fm suam naturam capax sempiternitatis motus, &  
sui esse. Nam suum esse dependet ex principiis sua  
natura, ex quibus cōsequitur necessitas essendi, cū  
non sit in ea possibilitas ad non esse, vt prius often  
sum est. Suis autem motus, in natura eius non ha  
bet nisi aptitudinem: necessitatem vero habet ex  
moente. Vnde etiam fm Com. in 11. Meta. & in  
lib. de Substantia orbis, sempiternitas essendi in cō  
lo est ex principiis sua naturae, nō autem sempitern  
itas motus sed ab extrinseco. Vnde etiam secundū  
eos qui dicunt motum nunquam deficiere, causa  
durationis motus cœli, & eius sempiternitatis, est  
voluntas diuinaque misericordia immobilitas nō de  
necessitate concludere possit sempiternitate mot  
us cœli, vt ipsi volunt. Non n. est mobilis voluntas,  
si vel q̄ diuersa sibi in uicem succedat, fm q̄ exigit  
finis quem in mobiliter vult. Et ideo potius est in  
quirēda ratio sempiternitatis motus ex fine, quam  
ex immobilitate mouentis.

**AD DECIMVM** dicendum, q̄ motus coeli terminabitur in instanti. In quo quidem neq; erit motus neq; quies, sed terminus motus, & principiū quietis quies aut sequens non erit in tpe. Nam quies nō menatur a tpe, primo, sed secundariō, ut et in 4. Phyl. unde si ut quies aliquius corporis que nulli

motui subjiciatur, non mensurabitur tpe: quamvis si in hoc fiat vis, possit dici quod erit post motum in cœlo immobilitas quædam, et si non quies.

Ad xi. dicendum, q̄ sicut motus celo deficerit, ita & t̄pus deficerit, ut per autoritatem Apocyni etiam appareat. Vt igitur autem nūc totius t̄pis est quidem finis præteriti, non autem principium futuri. Quod nūc simul sit, & finis præteriti, & principium futuri, habet in quantum sequitur motum circularem continuum, cuius quodlibet signum indivisiibile est principium & finis, respectu diversorum. Vnde si motus cesset, sicut erit aliquod sit indivisiibile in motu: ita & in tempore.

**Ad XI.** dicendum, sp̄ motus coeli, ut dictum est, non est naturalis propter actiūam inquisitionem formalis principij in corpore cœlesti ad talem motum: sicut est in elementis, vnde non sequitur sic lum quiescere, quod eius quies sit violenta.

Ad xiiii. dicendum, quod si motus coeli non esset per aliquid aliud, tunc oporteret attendere proportionem eius ad quietem sequentem, si non semper.

nem eius ad quietem sequentem, si non tempore  
nus poneretur: sed quia est ordinatus ad alii finis  
eius proprium attenditur in ordine ad finem, & non  
in ordine ad quietem sequentem: ut intelligamus  
quod Deus ex nihilo vniuersas creaturas in esse proda-  
cens, primam vniuersi perfectionem, que consistit  
in partibus essentialibus vniuersi, & diuersis specie-  
bus, per seipsum insituit. Ad ultimam vero pfectio-  
nem, quae erit ex consummatione ordinis beatitudinis  
dinaui: diuersos motus, & operationes creaturales  
quidam quidem naturales, sicut moti celi, & opera-  
tiones elementorum, per quas materia preparatur  
susceptionem aeternitatis rationis: quidam vero voluntarios,  
sicut angelorum ministeria, qui mittuntur per eos  
qui haereditatem capiunt salutis. Vnde hac continua  
operatione habita, & immutabilitate permanente, que ad  
eum ordinabuntur, in perpetuum recessabunt.

**A**d xiiii. dicendū, q̄ obiectio illa pcedit de alia secūdo, qui est operatio manēs in operat̄, q̄ est operat̄is: & p̄ cōsequēs excelleat̄ ior̄ & formar̄atis. Actus aut̄ lētūdus, q̄ est actio tendens in aliq̄ factū, nō est finis agētis, nec nobilior q̄ cius formi ipsa facta sint nobiliora faciētib̄, sc̄utam ciatia sūt nobiliora artificialib̄. in fīsiis, ut corū fīsiū

AD xv. dicendum, q̄ licet in circulari magnitudine non sit principium vel finis in actu, potestamen designari principium vel finis in caperacionem, vel terminationem motus aliquius.

Ad xvi. dicendum, q̄ in mundi principio natūra insituebatur: & ideo in his quæ ad principium pertinet, non oportet naturę proprietatem prætermere: in mundi autem fine natura operatio consistit in finem à Deo sibi institutum: unde oportet ibi recurrere ad voluntatē Dei q̄ tālē finē instituit.

Ad xviij. dicendum, q̄ licet cœlo quiescere sp̄ filius  
turus Sol ex una parte terra, nō tñ ex alia parte  
ræ crūt oīno tenebræ, & obscuritas, pp̄ claritatem  
à Deo elemētis tradetur. Vnde h̄s Apoc. 20. q̄

a deo elemis tractant. In v. 11. et 12.  
tas nō egit Sole neq; Luna: nā claritas Dci illum  
nabit ēa. Si tñ sit amplior claritas ex illa parte tem  
q̄ fuit inhabilitata à sanctis nullū inconveniens sequi  
Ad xviii. dicēdū, q̄ quis celū equaliter sit  
ad quilibet sitū sibi possibilē, non tñ motus eī  
acquisitione nē situs, sed pp̄ aliqd aliud: nū i quod  
sitū remaneat, impletio q̄ ad qd erat, nihil diffi

Ad xix. dicēdū. q̄ motus ethi sit acc̄ mobilis,  
tū actus imperfectus. Vnde p̄ hoc q̄ motus auctor  
non p̄t cōcludi q̄ si ap̄liciter perfectio auferatur  
& p̄cipue si per motū mobilis nihil acquiratur.

QVAEST. DE CONS. RER. IN ESSE A DEO, ARTIC. VI.

52

Quod autem Philosophus dicit, quod acquirit per se etiam bonitatem per motum, loquitur secundum pri-  
mam dictarum opinionum de fine motus celi, qui  
competit ad sempiternitatem motus.

Ab xx. dicendum, quod perfectio spiritualis nature  
est ut possit esse causa aliorum sine suo motu, quod  
celum non quia acquirit. Nec tamen pro hoc deteriorabatur,

cum finis suus non sit in causando alia, ut dictum est.  
Ad xxii. dicendum, quod motus celi non quiescat  
propter aliquid contrarium: sed propter voluntatem  
momentis tantum.

ARTICVLVS VI.

Vtrum possit sciri ab homine quando motus celi finiatur.

**S**exto. Quæritur utrum possit sciri ab homine,  
quando motus celi finiatur. Et uidetur quod sic,  
quia secundum Aug. in fine de ciui. Dei, sexta etas  
currit ab adventu Christi usque ad finem mundi:  
sed scitur quantum praecedentes etates durauerunt.  
ergo sciri potest quantum ista etas durare debet per  
comparationem ad alias: & ita potest sciri quan-  
do motus celi finietur.

**T**ercio. Finis unicusque rei responder suo principio: sed principium mundi secutum est per reuelationem, ex qua Moyses dixit, in principio creauit  
Deus celum, & terram. ergo & finis mundi sciri  
potest per reuelationem in scripturis traditam.

**T**ertio. Præter. Causa in certitudinibus mundi ponitur esse,  
ut homo semper sit in sollicitudine de suo statu: sed  
ad hanc sollicitudinem habendam sufficit mortis  
incertitudo. ergo non fuit necessarium, incerum  
esse defactum mundi: nisi forte propter illos. quo-  
rum temporibus finis mundi erit.

**T**ertio. Præter. Dicitur aliquibus propria mors esse reue-  
lata, sicut patet de Beato Martino. Dicit autem Augu-  
stus in epistola ad Orosium, quod talis vniuersusque in iu-  
dicio comparebit, qualis fuit in morte. Et sic eadem  
est occultatio morte, & occultandi diem iudicii.  
ergo & dies iudicii qui ad oes pertinet, debuit in  
scriptura saera, que omnes instruit, reuelatus fuisse.

**T**ertio. Præter. Signi ordinatur ad aliquid cognoscendum.  
In Euangelij autem ponuntur aliqua signa aduentus  
Domini qui erit in fine mundi, ut patet Mat. 24. &  
Luc. 21. & similiter ab Apostolis, ut patet. ad Tim.  
4. & secundum ad Ti. 3. & secundum ad The. 2. ergo vero, quod  
possit sciri tempus aduentus Domini, & finis mundi.

**T**ertio. Præter. Nullus hic reprehendit, vel punitur pro  
eo quod non est in sua potestate: sed aliqui reprehenduntur in scriptura, & puniuntur pro eo, quod tem-  
pora non cognoscunt. Vnde Dominus Matth. 16. ad Pha-  
riseos, Faciem celi dijudicare nostis, signum autem  
istud non potestis scire, & Luce. 19. Non relinquent  
in te lapidem super lapidem, eo quod non cognou-  
isti tempus uisitationis tuae, & Iere. 8. Milius in ca-  
lo cognovit tempus suum: Turtur & hirundo, &  
ciconia custodierunt tempus aduentus sui, populus autem  
meus non cognovit iudicium Domini. ergo pos-

E

sibile est sciri diem iudicii, vel tempus finis mundi.  
**T**ertio. In secundo aduentu Christi magis mani-  
festus venit, quam in primo: tunc enim uidebit eum  
omnis populus, & qui cum pupugerunt ut habeat  
Apoc. 1. Sed primus aduentus prenuntiatus fuit in  
scriptura, futurus etiam quantum ad determinatum  
tempus, ut patet Dan. 9. ergo uiderur, quod & secundus  
aduentus debuerit in scripturis prænuntiari quantu-  
m ad certum tempus.

**T**ertio. Hoc dicit minor mundus, quia se maiori mundu-  
si similitudinem gerit: sed finis uita humana potest

A praesciri determinate. ergo, & finis mundi potest  
praesciri.

**T**ertio. Præter. Magnum, & paruum, diuturnum & breve,  
relativa dicuntur de uno per coparationem ad aliud:  
sed tempus illud quod est ab adventu Christi usque  
ad finem mundi, dicitur esse breve, ut patet. i. Cor. 7.  
Tempus breve est, & eiusdem decimo. Nos sumus in  
quos fines sæculorum deuenerunt: & i. Ioan. Nouis-  
tima hora est, ergo hoc dicitur coparationem ad tem-  
pus precedens. ergo saltem hoc uero sciri posse, quod multo  
breuius est tempus ab adventu Christi usque ad finem  
mundi, quam a principio mundi usque ad Christum.

**T**ertio. Præter. Aug. dicit in lib. de Ciui. Dei, quod ignis ille Lib. 20. c. 10.  
qui exiret facie terræ in fine mundi, erit ex conflagra-  
tione omnium ignium mundanorum: sed po-  
test sciri a considerantibus motum celi, usque ad  
quantum tempus ipsa corpora caelestia, quæ sunt  
nata generare calorem, in istis inferioribus, erunt  
in situ efficacissimo ad hoc implendum, ut sic per  
concurrentem actionem caelestium corporum, & infe-  
riorum ignium, vniuersalis illa conflagratio fiat. ex  
go potest sciri quando erit finis mundi.

**S**ED CONTRA est, quod dicitur Matth. 4. De die illa,  
& hora nemo scit, neque angeli celorum.

**T**ertio. Præter. Si aliquid deberet aliquibus hominibus  
reuelari, precipue reuelatum fuisset querentibus Apo-  
stolis, qui Doctores totius mundi instituebantur.  
Eis autem de finali adventu Domini querentibus  
responsum est Act. 1. Non est uestrum nosce tempo-  
ra vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate,  
ergo multo minus est alijs reuelatum.

**T**ertio. Præter. Credere nerit, & reuelationi acceptæ in  
scriptura non prohibemur: sed Apost. 2. ad Thess. 2.  
prohibet credere quocumque modo annuntianti  
bus, quasi in festo dies Domini. ergo illi, qui nituntur  
tempus dicitur Domini denuntiare, sunt tamquam  
seductores cauendi. Nam & ibidem subditur, Ne-  
mo vos seducat ullo modo.

**T**ertio. Præter. Aug. dicit in epistola ad Esichium, Quarto  
vtrum sic saltem possit definiri tempus aduentus,  
ut eum aduenturum esse dicamus intra istos, uerbi  
gratia, uel centum annos, uel quodlibet seu maio-  
ris numeri, seu minoris annorum, hoc autem om-  
nino ignorantes sumus. ergo non potest sciri quo  
cumque numero annorum dato vel decem mil-  
lium, uel 20, millium, uel duotum vel trium, utru-  
intra illud tempus finis mundi futurus sit.

**R**ESPON. dicendum, quod tempus determinatum finis  
mundi omnino necatur, nisi a solo Deo, & ab ho-  
mine Christo. Cuius ro est, quia duplex est modus  
quo possumus prefigere futura, scilicet per cognitione  
naturali & per reuelationem. Naturali quidem co-  
gnitione aliqua futura prænotimus per causas, quas  
præsentes uidemus, ex quibus futuro expectamus  
effectus: uel per certitudinem scientiae, si sint cause,  
quas de necessitate sequitur effectus: uel per conie-  
ctionem, si sint cause, ad quas sequitur effectus ut in plu-  
ribus, sicut Astrologus præfigit eclipsim futuram, & me-  
dicus mortem futuram. hoc autem non potest prefigo-  
nisci tempus determinatum finis mundi, quia cælestis motus celi,  
cessationis eius non est alia quam diuina uoluntas, ut  
prius ostendimus. Alia vero, quoniam cælestis motus celi,  
vel quicunque alia cælestis, possunt naturali co-  
gnitione prefigosci, sicut particularis destruacio  
alium partem terrenam, quæ præfuit habitabilis, & po-  
ste fit inhabitalis. Per reuelationem vero licet sciri  
possit, si Deus uellet reuelare, non in congruus esset,  
quod reuelaretur nisi hoc Christo. Et hoc pro tres.

Quæst. dis. S. Thomæ. G 4. ra-

QVAEST. V. DE CONSER. RER. IN ESSE A DEO, ART. VI.

rationes. Primo quidem, quia finis mundi non erit nisi completo numero electorum, cuius cōpletio est quasi quadam exercitio totius diuinæ prædestinationis; unde non cōpet reuelatio de tota prædestinatione fieri de fine mundi, nisi ei, cui sit reuelatio de tota prædestinatione, adiutorum homini Christo, per quem tota diuina prædestination humani generis quodammodo adimpletur. Vnde dicitur Ioh. 5. Pater diligit filium, & oīa demonstrat ei quae ipse facit. Secundo, quia per hoc, q̄ ignoratur quando sit status mundi durare deā, utrum ad modicū vel ad magnū tempus, habent res huius mundi quasi statim transiūt. Vnde dicitur ad Cor. 7. Qui utuntur hoc mundo, sicut fācūt non utantur: preterit in figura huius mundi. Tertio, ut hoīes semper sint parati ad Dei iudicium expēctandum, dum omnino determinati tempus nesciunt. Vnde dicitur Mat. 24. Vigilate quia nescitis quia hora Dominus uenitur uenturus sit. Et ideo ut dicit Aug. in epistola ad Efesium, Ille qui dicit se ignorasse quā Dominus sit uenturus, utrum ad breue tempus, vel ad magnum, Euāgelica sententia concordat. Inter duos aut qui scire dicunt, periculosius errat q̄ dicit in proximo Christum uenturum, vel finem mundi instare: quia haec potest esse occasio, ut omniō desperaretur esse futurum, si tunc non erit quando futurum esse predicitur.

<sup>epist. 80.</sup>  
Quæst. 58.  
Tomo. 4.

AD PRIMUM ergo dicendum, q̄ sicut dicit Aug. in lib. 8. 3. quæstionem: ultima ètas mundi comparat ultime ètati hominis, quæ determinato numero annorum non definitur, sicut aliæ ètates definitur: sed quandoque tantum durat quantum omnes aliae, uel etiam amplius: unde & ista ètas ultima mundi, non potest determinato annorum uel generationum numero definita.

AD SECUNDUM dicendum, q̄ reuelatio principiū mundi utilis erat ad manifestandum Deum esse omnium cauāt: sed scire tempus determinatum finis mundi, ad nihil esset utile, sed magis nociuū. Et ideo non est simile.

AD TERTIUM dicendum, q̄ illa signa posita sunt ad manifestandum, quod homo naturaliter non solum de seipso sollicitatur, sed etiam de statu communis, cuius est pars, sicut uel dominus, uel ciuitatis, aut etiam totius orbis: & ideo utrumque fuit necessarium ad hominem cauetam oculari, & finem propriæ uitæ, & finem totius mundi.

AD QUARTUM dicendum, quod reuelatio finis uite propria est quedam particularis reuelatio. Reuelatio vero finis totius mundi, dependet ex reuelatione totius diuinæ prædestinationis: & ideo non est simile.

AD QUINTUM dicendum, q̄ illa signa posita sunt ad manifestandum, quod quaque mundus finietur: non autem ad manifestandum determinatum tempus quā finietur: ponuntur. inter illa, signa aliqua quæ quasi a mundi exordio fuerunt, sicut q̄ surget gens contra gentem, & q̄ terramotus erit per loca. Sed instantे mundi sine hec ab dianis euenient. Que autem sit ista mensura horum signorum, quæ circa finem mundi erit, manifestum nobis esse non potest.

AD SEXTUM dicendum, q̄ illa reprehensio Domini pertinet ad eos, qui determinatum tempus primi ad uenit non cognoverunt: non autem ad eos qui ignorant tempus determinatum secundi aduentus.

AD SEPTIMUM dicendum, q̄ primus aduentus Christi nobis uia ad merendū parabat per fidem, & alias virtutes: & iō ex parte nostra requirebat primi aduentus notitia, ut credendo in eū qui uenerat, per eius gratiam mereri possemus. In secundo autem ad-

uentu præmia rediuntur pro meritis, & sicce pugno nostra non requiretur quid agamus, aut quid cognoscamus, sed quid recipiamus. Vnde non oportet præcognoscere determinate tempus illius aduentus. Dicitur autem ille aduentus manifestus, non quia manifeste præcognoscatur, sed quia manifestum erit cum fuerit p̄fens.

AD OCTAVUM dicendum, quod corporalis hominis uita ex aliis quibus prioribus, & corporalibus causis dependet, ex quibus circa finem eius aliquid pronosticari potest. Non autem ita est de toto mundo, & ideo quantum ad hoc non est simile, licet in aliis hominibus qui dicitur minor mundus, similiter tamen maioris mundi obtineat.

AD NONUM dicendum, q̄ uerba illa q̄ uidetur in scriptis ad breuitatem temporis pertinere, uel q̄ ad finis propinquitatem, non tam sunt ad quantitatē temporis referenda, quam ad status mundi dispositionem. Non enim legi Euāgeliæ alius status ictus est, quæ ad perfectum adduxit: sicut ipsa suelle legi ueteri, & lex uetus legi natura.

AD XI. dicendum, quod illa conflagratio ignis mundanorum, non creditur esse futura ex aeterni naturali causa, ut sic per considerationem cælestis motus, eius tempus possit praesciri: sed prouenient ex imperio diuine uoluntatis.

ARTICULUS VII.

Vtrum cessante motu cali, elementa remaneant.

SEPTIMO queritur, Vtrum cessante motu cali, elementa remaneant. Et si, quod non: dicitur enim secundum Petri tertio, quod in fine mundi elementa calore soluentur: quod autem dissoluitur non manebunt. ergo elementa non manebunt. Sed dicebat, q̄ manebunt secundum substantiam: sed non manebunt secundum qualitates actiūas, & passiūas.

¶ 2 Sed contra, manente causa manet effectus, id principia essentialia sunt causa propriorum accidentiū: cum ergo qualitates actiūas, & passiūas sint propria elementorum accidentia, vī, & principijs elementorum manebunt, sine quibus substantia esse non potest: certam qualitates actiūas manebant.

¶ 3 Praet. Accidens inseparabile, numquam actuū subiectū separatur: sed calidum est accidens incombabile ignis, ergo non potest ignis remanere, quod in eo calor remaneat: & eadem ratione de alijs elementis. Sed dicebat, quod dinīna uirtute hoc est, q̄ elementa sine qualitatibus actiūas, & passiūas manebunt: licet hoc per naturam esse non possit.

¶ 4 Sed contra, sicut in mundi principio fuit naturæ institutio, ita in mundi fine erit naturæ continuatio: sed in principio mundi, ut Aug. dicit, secundum super Genesim ad literam, non sufficit dicere quid Deus possit facere, sed quid habeat rerum natura. ergo & hoc etiam in fine mundi attendendum est.

¶ 5 Per qualitates actiūas, & passiūas sunt in omnibus elementis, dicit autem glossa Bede super autoritate Petri superius inducta, quod ignis ille qui erit in fine mundi, duo elementa ex toto assument, et aut alia in meliorum speciem commutabit: non ergo potest intelligi elementorum solutio quantum ad qualitates actiūas, & passiūas: quia sic non tantum duo dicterentur assumenta. Sed dicebat, quod in duobus elementis, scilicet igne, & aqua præcepit gentilis qualitates actiūas, scilicet calidum, & frigide: & ideo haec duo per alios assumenta dicuntur.

¶ 6 Sed contra, in fine mundi elementa meliora sunt.

**A**itur: sed finis Augustini super Genes ad literam, Agens honorabilius est patiente, ergo magis deberent remanere elementa, in quib. vigen t. qualitates actiue, quam in quib. vigen qualitates passiu.

**C**ap. 7. Praet. Aug. dicit, qd. ad partendum humor, & humus, ad facendum aer, & ignis aptitudinem praebent, ergo sopropter virtutem actionis aliqua eleminta asseveranda dicuntur, vñ, qd hoc non debeat intelligi de igne, & aqua: sed magis de igne, & aere.

**B**7. Praet. Sicut naturales qualitates elementorum sunt calidum, & frigidum, humidum, & secum: ira graue, & leue: si ergo qualitates illae non remanent in elementis, nec grauitas, & levitas remanebit in eis. Per naturam autem granitatis, & levitatis elementa, loca sua naturalia fortununtur: si ergo qualitates elementorum non remanent post finem mundi, non remanebit in eis situs distinctus, ut terra sit decorum, & ignis sursum.

**C**9. Praet. Elementa facta sunt propter hominem, in beatitudinem tenebant: sed habito fine cessant ea, quae ad finem sunt. ergo homine totaliter iam in beatitudine colloccato (quod erit in fine mundi) elementa cessabunt.

**D**10. Praet. Materia est propter formam, quam per generationem acquirit: elementa autem comparantur ad omnia alia corpora nostra sicut materia, ergo cum generatio nostrorum post finem mundi cesset, videtur, quod elementa non maneat.

**E**12. Praet. Secundum Philos. in 10. Metaph. Corruptibile, & incorruptibile non sunt vniuersi generis, & cadem ratione mutabile, & immutabile: si ergo aliud de mutabilitate in immutabilitate mutatur, vñ, qd in genere sue naturae non remaneat. Elementa autem mutabilitatis de mutabilitate in immutabilitatem, ut patet per gl. que dicit super illud Matt. 5. Donec transeat celum, & terra, &c. dicit donec transeat a mutabilitate ad immutabilitatem. Ergo ista natura elementorum non remanebit.

**F**13. Praet. Hec dispositio quā modo habent elementa, est naturalis: si ergo ista remota alia accipiant, illa erit eis in naturali: sed quod est innaturalis, & violentia non potest esse perpetuum, vt patet per Philosophum in lib. Celi, & mundi. ergo illa dispositio non posset in perpetuum remanere in elementis, sed iterum ad hanc dispositionem reverterentur, quod videtur esse inconveniens. ergo ipsa elementa secundum substantiam cessabunt, non autē corporum dispositio, substantia manente.

**G**14. Praet. Illud solū pōt est incorruptibile, & ingenerabile, quod totam materiam suā sub forma haber ad quā est in potentia, sicut patet de corporib. celestib. hoc autē elementis non competit, quia materia, qd est sub forma vniuersi elementi, est in potentia ad formam alterius. ergo elementa nō possunt esse incorruptibilia, & ita nō possunt in perpetuum manere.

**H**15. Praet. Illud quod non habet virtutē ut sit semper, non pōt in perpetuum manere: sed elementa cū sint corruptibilia, nō habēt virtutē ut sint semper. Ergo non possunt in perpetuum manere, motu celi cessante. Sed dicebat, qd elementa sunt incorruptibilia finitum, licet sint corruptibilia finitam partem.

**I**SED CONTRA, hoc competit elementis per motum celi, in quantum una pars elementi corrupti-

tur, & alia generatur: sic enim ipsius elementi tota-

litas conseruatur. motu ergo celi cessante, non po-

terit assignari cā incorruptionis in toto elemēto.

**J**17. Praet. Philosophus dicit in 8. Physi, quod motus celi est ut uita quedam natura existit, tib. om. Lib. 8. cap. 1. nibus. Et Rabbi Moyses dicit quod motus celi in inuenit est sicut motus cordis in animali, à quo dependet uita totius animalis: cessante autem motu cordis, omnes partes animalis disoluuntur. ergo cessante motu celi, omnes partes animalis peribunt: & ita elementa non remanebunt.

**K**18. Praet. Est cuiuslibet est in sua forma sed motus celi est causa formarum in ipsis inferiorib. quod patet ex hoc quod nihil in inferioribus agit ad spe cni, nisi ex virtute motus celi, ut Philosophi dicunt: ergo cessante motu celi, elementa esse defuncta formaliter formis corum destruuntur.

**L**19. Praet. Apud presentiam Solis elementa superiora uincunt temp. inferiora, sicut accidit in estate propter caloris fortificationem: sed apud Solis absentiā econverno. Motu autē celi cessante Sol semper ex una parte præsens erit, & ex alia parte abiens. ergo ex una parte totaliter defrumentur elementa frigida, & ex alia elementa calida. Et sic elementa non remanebunt motu celi cessante.

**M**SED CONTRA est, quod ad Rom. 8. super illud. Vanitati creatura &c. dicit Gl. Ambr. Oīa elemēta, sicut cum labore explet officia: unde quietent nobis assumptis, quietescere enim non est nisi existens. ergo elementa in fine mundi remanebunt.

**N**20. Praet. Elementa facta sunt ad diuinam bonitatem manifestandam: sed tunc maxime oportebit diuinam bonitatem manifestari, quando res ultimam consumationem accipient. ergo in fine mundi elementa remanebunt.

**O**RESPON. Dicendum, qd apud omnes communiter dī, quod elementa quodammodo manebunt, & quodammodo transibunt: sed in modo manendi & transibendi est diversa opinio. Quidam enim dixerunt, qd omnia elementa manebunt quācum ad materiam: sed quedam nobiliorem formā accipient, sicut aqua & ignis, que accipient formam celi, ut si tria elementa possint dici celum, aer, s. qui ex sua natura habet, ut celum quāque in scripturis dicitur, & aqua & ignis, que formā celi assūmēt:

**P**vt sic intelligatur uerificari quod dī Apoc. 21: Vidi celum nouum & terram nouam, sub celi nomine tribus comprehēsis, signe, aere & aqua. Sed ista positio est impossibilis. Elementa enim non sunt in potentia ad formam celi, eo qd forma celi contrarium non habeat, & sub forma celi sit terra materia, quia est in potentia ad ipsam. Sic enim celum est generabile & corruptibile quod Philo ostendit esse falso in primo Celi & mundi. Rō etiam, quia hoc affirmit friuola est, quia in scriptura, sicut Basilius in Hexameron dicit, per extrema media intelliguntur, ut Gen. 1. cum dī. In principio creauit Deus celum & terram. Nam per creationem celi & terrae etiam elementa media intelleguntur. Quandoque etiam sub terra nomine omnia in inferiora comprehenduntur, ut patet in Psal. Laudate Dominum de terra, & postea subditur, Ignis grando &c. Vnde nihil prohibet dicere, quod per innovationem celi & terra scriptura innovationem etiam mediiorum elementorum intellexit, vel quod sub nomine terra omnia elementa comprehendat. Et ideo alii dicunt quod omnia elementa manebunt secundum substantiam non solum quantum ad materiam, sed etiam quantum ad formas substantiales. Sicut enim secundum opinionem Auct. remanent forme substantiales elementorum

QVAES. V. DE CONS. RER. IN ESSE A DEO. ART. VII.

**T**2 Sed contra. Sicut elementa sunt incorruptibilia secundū totum, licet secundum partem corripan tur; ita prædictæ res sunt incorruptibiles secundū speciē, licet secundū individua corrūpatur. ergo videtur q; prædicta etiam res in eternum remaneant. **T**3 Præ. Impossibile est, q; dō intentio natura frustetur, cu natura intentio sit ex hoc, q; natura a Deo in finem dirigitur: sed natura intēdit per generationem, & corruptionem perpetuitatē speciei

seruare. ergo nisi prædicta secundum speciem conserventur, frustrabatur natura intentio, quod est impossibile, ut dictum est.

**T**4 Præ. Decor vniuersi pertinebit ad gloriam beatorum, unde dī a sanctis, q; in maiorem beatitudinem clementia mundi in statum meliorem reformabuntur: sed plantæ, mineralia, & bruta animalia prinent ad decorum uniuersi: ergo nō subtrahentur in illa ultima consummatione beatorum.

**T**5 Præ. Rom. i. dī, q; inuisibilis Dei per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, inter quæ etiam facta, plantæ, & animalia numerari possunt: sed in illo statu perfectæ beatitudinis necessarium est homini inuisibilitas Dei cognoscere. ergo indecē erit, quod prædicta Dei opera de medio subtrahantur.

**T**6 Præ. Apoc. ultimo dicitur, Ex ultraque parte fluminis lignum afferunt fructus duodecim. ergo

cum ibi loquatur de ultima consummatione beatitudinis sanctorum, uidetur quod in illo statu plantæ remaneant.

**T**7 Præ. Ab esse diuino omnib; entibus inest definitum perpetuitas, in quantum assimilantur primo enti, quod est perpetuum. Quod autem inest rebus, ex similitudine diuini esse, nō auferetur ab eis in ultima consummatione. ergo remanebunt plantæ, & animalia perpetua, saltem secundum speciem.

**T**8 Præ. In ultimo statu consummationis rerum non auferetur a rebus id, quod ad rerum perfectionem pertinet: sed opus ornatum est consumatio quædam creationis. Cū ergo animalia ad opus natus pertineant, videtur quod non desinante in illo mundi ultimo statu.

**T**9 Præ. Sicut elementa seruerunt homini in statu uiæ, ita & animalia, & plantæ: sed elementa remanebunt. ergo, & animalia, & plantæ, & sicut videtur quod cesserent.

**T**10 Præ. Quanto aliquid magis participat de proprietate primi perpetui, quod est Deus, tanto magis uidetur esse perpetuum: sed animalia, & plantæ plus participant de proprietatibus Dei quam elementa, quia elementa sunt tantum existentia, plantæ aut etiam uiuunt, animalia vero etiam super hoc cognoscunt. ergo magis debent in perpetuum remanere animalia, & plantæ, quam elementa.

**T**11 Præ. Effectus diuini sapientie est, ut Dion. cit. 7. c. de diu. no. quod in supremum inferioris naturæ coniungatur in finimo naturæ superioris, hoc aut non erit, si animalia, & plantæ defiant esse, quia elementa in nullo attingunt ad perfectionem humanaam, ad quam attingunt quodammodo quædam animalia, ad animalia vero appropinquant plantæ, ad plantas vero corpora mineralia, qui in illo mediæ post elementa sequuntur. ergo in illo mundi fine, cum non debeat illius amoueri, quod pertinet ad ostensionem diuine sapientie, uidetur quod animalia, & plantæ celare non debent.

**T**12 Præ. Si in creatione mundi, animalia, & plantæ non fuissent producē, nō fuissent mundus perfectus: sed maior erit pfectio mundi ultima, q; prima ergo videtur q; omnino animalia, & plantæ remaneant.

**T**13 Præ. Quædam corpora mineralia, & quedam animalia bruta in poenam damnatorum deputantur, sicut in Psalmo dicitur, Ignis, sulfur, & spiritus procellarum pars calicis eorum. Et Ila. ultimo, Vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur. Poenæ autem damnatorum erit perpetua, ergo uidetur quod animalia, & corpora mineralia in eternum remaneant.

**T**14 Præ. In ipsis elementis sunt rationes feminales corporum

b. 3. cap. 8.  
k. 9. o. 3.  
corporum mīstōrū, & animalium, & plantarū, vt Aug. dicit in 3. de Trin. he autem rōnes fruſtra cōſent: nīſi p̄dīcta ex eis oriātentur. Cū ergo in illa mīdi cōſumatione elementa remanēant, & per cōſequens rationes feminales in eis, nec aliquid in operibus Dei sit fruſtra, videtur q̄ animalia, & plāte in illa mīdi nouitiae remanēant.

**¶ 15** Pr̄t. Ultimā mundi purgatio erit per actionem ignis: sed quādam mineralia sunt ita fortis compositionis, quōd nec ab igne consumuntur, fūcūparat de auro. ergo videtur quod ad minus illa post illum ignem remanēant.

**¶ 16** Pr̄terea. Vniuersale est semper: sed vniuersale non est nisi in singularibus. ergo uidetur quod cuſtibet vniuersalitatis singularia tempeſt erunt. ergo & bruta animalia, & plantæ, & corpora mineralia semper erunt.

**S E D C O N T R A** est, quod Origen. dicit. Non est opinandum venire ad finem illi animaliæ vel peccata, vel bestias terre: sed nec ligna, nec lapides.

**¶ 17** Pr̄terea animalia, & plantæ ad uitam animalē homini ordinantur; vnde dicitur Genes. 9. Quāl olera uirientia dedi uobis omnem carnem: fed uitam animalis hominis ceſſabit. ergo & animalia, & plantæ ceſſabunt.

**R E S P O N.** Dicendum, q̄ in illa mīdi innouatione nullū corpus mīsti remanēbit, p̄ter corpus humanum. Ad huius aut rōnēti sumēndā procedendum est ordine, quem docet Phil. 2. Phys. ut s̄ prius consideretur causa finalis, & postmodū principia materialia, & formalia, & causæ mouentes. Finis autem mineralium corporum, & plantarū, & animalium duplex potest considerari: primus quidem completio uniuersi, ad quam omnes partes uniuersi ordinantur sicut in finem, ad quē qdē finem res p̄dīcte non ordinantur sicut per se, & essentialiter per perfectionē uniuersi existentes: cū nihil in eis existat, quod non innueniatur in principiis, partib. mundi, quæ sunt corpora celestia, & elementa, sicut in principijs actiūs, & materialib.

Vnde res p̄dīcte sunt quidā particulares a effe‐  
ctu cauſarū uniuersalitatis, que sunt essentialia per  
tes uniuersi, & ideo de perfectione sunt uniuersi  
secundū hoc tñ, quod a suis causis progrediuntur,  
quod quidem fit per motum: unde pertinet ad  
perfectionē uniuersi sub motu existētis, non aut  
ad perfectionē uniuersi simpliciter. Et ideo ceſſante  
mutabilitate uniuersi, oportet quod p̄dīca erent.  
Alius autem finis est homo, quia, ut Philo in sua  
Politica dicit, ea que sunt imperfecta in natura, or  
dinantur ad perfecta, sicut ad finem: unde sicut  
bidem dicit, cum animalia habeant uitam imper  
fēctā respectu uiuē humāne, que simpliciter per  
fecta est, & plantæ respectu animaliū, plantæ sunt  
propter animalia, preparati eis in cibā a natura,  
animalia uero ppter hominē, neceſſariā ei ad ci  
bum, & ad alia auxilia. Ista autē necessitas est, vita  
animalis hominis durante, qua quidē in illa terē  
innouatione tolleretur, quia corpus resurget nō ani  
male, sed spirituale, ut dī 1. Cor. 15. & ideo tunc ēt  
animalia, & plantæ ceſſabit, & ad hoc idem habet  
aptitudinem p̄dīctorum rerū materia, & forma.

Cum enim sint ex contrariis compōta, habent in  
seip̄s principium a diuīnum corruptionis. Vnde si  
a corruptione prohiberentur ab exteriori princ  
ípio tñ, hoc esset quodammodo vioentum, & nō  
conueniens perpetuitati, quia que sunt violenta,  
non possunt esse ſemper, vt patet per Philosop. in  
libro Celi, & mundi: interius autē principium non

A habent quod p̄ficit à corruptione prohibere, quia corū forme ſint per naturam corruptibles, vipo  
te nec peric ſubſtinentes, ſed eſſe habentes in mate  
ria dependens: vnde non poſſunt in perpetuū re  
manere eadem numero, nec eadem ſpecie, genera  
tione, & corruptione ceſſante. Hoc autē idem inue  
nitur, ex cōſideratione cauſe mouentis: eſſe enim  
plantatum, & animaliū, quoddam viuere eſt, quod  
in rebus corporalib. fine motu non exiſtit: vnde  
atālia deficiunt ceſſante motu cordis, & plātæ ceſſante  
nutrimento. In his autē rebus non eſt aliquod  
motus principiū, non dependens à primo mo  
bili, quia ipſa anima animalium, & plantarū tor  
tiliter ſubſtientur impressionib. celeſtium corpo  
rū: vnde motu egi ceſſante, non poterit in eis mo  
tu remanere nec vita. Et ſic patet, q̄ in illa mīdi  
innouatione res p̄dīcte nō poterunt remanere.

**A D P R I M U M** ergo dicendum, quod omnī ſope  
ra Dei in aeternū perſeuerant, vel ſecundū ſe,  
vel in ſuis cauſis: ſic enim, & animalia, & plantæ  
remanebunt manentibus celeſtibus corporibus,  
& elementis.

**A D S E C U N D U M** dicendum, quod perpetuitas,  
qua eſt ſecundū ſpeciem, & non ſecundū nu  
merum, eſt per generationem, qua ceſſante mo  
tu cœli, non eſt.

**A D T E R T U M** dicendum, quod intentio nature  
eſt ad perpetuitatem in ſpecie conſeruandam du  
rante motu cœli, per quem huiusmodi perpetui  
tas conſeruari potest.

**A D Q U A R T U M** dicendum, quod p̄dīctae res fa  
ciunt ad decorum vniuersi ſecundū ſtatū mu  
tabilitatis in mundo, & animalis vitæ in homine, In corp. art.

**A D Q U I N T U M** dicendum, quod in illa beatitudi  
ne ſancti non indigebunt inuisibilia Dei per crea  
turā conſpicere, ſicut in hoc ſtatū, pro quo lo  
quitur Apoſtolus. Sed tunc inuisibilia Dei per ſe  
ipſa videbunt.

**A D S E X T U M** dicendum, quod lignum vitæ acci  
pitur ibi metaphorice pro Christo, vel pro laien  
tia, de qua Proverb. 3. Lignum vitæ eft his, qui ap  
prehendenter int̄eam.

**A D S E P T I M U M** dicendum, q̄ dīſideriū perpetui  
tatis eft in rebus creaūis ex afſimilacione ad Deum,  
vniueſque tamē ſecundū ſuum modum.

**A D O C T A V U M** dicendum, q̄ opus creationis per  
ornatum animalium, & plantarum conſumatur  
quantum ad primam mundi conſumptionem, q̄  
attendit ſecundū ſtatū mutabilitatis mundi, in ordine ad complendū numerū electorū:  
non autem ad conſumptionem mundi simplici  
ter, ut dīctum eft.

**A D N O N V U M** dicendum, q̄ elementa non dicun  
tur remunerari ſe, quia nec ſe aliiquid me  
ruerunt: ſed dicuntur remunerari in quantum ho  
mines in eis remunerabuntur, prout ſeorum clari  
ritas in gloriā electorū cedet. Animalib. autē,  
& plantis homines non indigebunt, ſicut elem  
entis, qua erunt quāl locus glorię ipſorum, & ideo  
non eſt ſimile.

**A D X.** Dicendū, q̄ licet quantum ad vitam, & co  
gnitionem plantæ, & animalia ſint meliora, quām  
elementa in quantum ad simplicitatem, que facit  
ad incorruptionem, ſunt elementa Deo ſimiliora.

**A D XI.** Dicendum, quod in ipſo homine conti  
nuatio quēdam naturarum apparebit, in quantum  
in eo congregatur, & natura corporis mīſti, & na  
tura vegetabilium, & animalium.

A D

QVAES. V. DE CONS. RER. IN ESSE A DÉO. ARTIC. X.

**A**d xi. Dicendum, quod alia fuit perfectio mundi  
creati, & mundi consumati, ut supra dictum est, &  
ideo non oportet, ut sit de secunda perfectione, quod  
fuit de prima.

**A**d xii. Dicendum, quod vermis ille, qui ad penam  
impiorum deputatur, non est intelligendus corpora-  
liter, sed spiritualiter, ut per uermen, stimulus sua  
conscientiae intelligatur, ut Aug. in 20. de Ciui. Dei  
dicit. Et secundum eundem modum possunt ex-  
poni si qua similia inueniantur.

**A**d xiii. Dicendum, quod rationes seminales, q  
sunt in elementis, ad affectum producendum non suffi-  
cient nisi motu celi coadiuante, & ideo motu ce-  
li cessante non sequitur, q oporteat alia, uel platas  
esse, nec tamen sequitur, q rationes seminales sunt fru-  
stra, quia sunt de perfectione ipsorum elementorum.

**A**d xv. Dicendum, q licet aliqua sint, quae ad ho-  
ram ab igne non consumantur, nihil tamen est quod fi-  
naliter ab igne non consumatur, si duc in igne rema-  
near, ut Gale dicit, & tamen ille ignis conflagrationis  
mundi erit multo violenter, q iste ignis quo ur-  
mur. Nec iveru ex sola ignis actione, corpora mala  
illo igne destruent: sed et ex cestatione motu celi.

**A**d xvi. Dicendum, quod uniuersale tripliciter con-  
siderari potest, & fm quilibet modum considera-  
tionis aliquo modo uerum est, q uniuersale est  
semper. Potest enim uno modo considerari natura  
ra uniuersalis fm q abstracta a quolibet esse, & sic  
ueru est, q uniuersale est semper magis per remo-  
tionem cause determinantis ad aliquod tempus,  
quam per positionem cause perpetuatis, de rône  
enim naturae uniuersalis non est, q sit magis hoc  
tempore, quam illo, per quem est modum materia  
prima dicitur una. Alio modo potest considerari  
fm esse, quod habent in singularibus, & sic uerum est,  
quod est semper, quia est quicunque est suum singu-  
lare sicut et dicitur esse ubique, quia est ubicumque est  
suum singulare, cum tamen multa loca sint ubi sua  
singularia non sunt: unde nec ibi est uniuersale.  
Tertio modo potest considerari fm esse, quod ha-  
bet in intellectu. Et sic est uerum est, quod uniuer-  
sale est semper, præcipue in intellectu diuino.

ARTICVLVS X.

*Vtrum corpora humana maneat motu celi cessante.*

**D**ecimo queritur, utrum corpora humana re-  
maneant motu celi cessante. Et tu, quod non  
quia dicitur 1. ad Cor. 15. Caro, & sanguis regnum  
Dei non possidebunt: sed corpus hominis est ex  
carne, & sanguine. ergo in illo rerum fine humana  
corpora non remanebunt.

**P**12. Præt. Omnis missio elementorum ex motu celi  
causatur, cum ad missione alteratio requiratur:  
sed corpus humanum est corpus missum ex elemen-  
tis. ergo motu celi cessante remanere non potest.

**P**13. Præt. Necessestas, q est ex materia, est necessitas  
absoluta, ut patet in 2. Physi. sed in corpore cōpo-  
rato ex contrariis est necessitas ad corruptionem ex  
ipsa materia. ergo impossibile est, quin talia corpo-  
ra corrumpantur: & ita impossibile est, quod remane-  
re maneat post statum generationis, & corruptionis:  
corpora autem humana sunt huiusmodi. ergo im-  
possibile est, quod in illo rerum fine remaneant.  
**P**14. Præt. Homo cum brutis conuenit in hoc, q ha-  
bet corpus sensibile: sed corpora sensibilia bruto-  
rum non remanebunt in illo mundi fine. ergo nec  
corpora humana.

**P**15. Præt. Finis hominis est perfecta assimilatio ad

Deum: sed Deo, qui incorporeus est, magis assimila-  
tur anima à corpore absoluta, quam corpori uni-  
ta. ergo in illo statu finalis beatitudinis, anima ab  
que corporibus erunt.

**P**16. Præt. Ad perfectam hominis beatitudinem re-  
quiritur perfecta operatio intellectus: sed operatio  
animæ intellectus à corpore absoluenda, est perfe-  
ctior, quam animæ corpori unita: quia, ut dicitur  
in lib. de Causis, Omnis virtus unita plus est ini-  
mita quam multiplicata. Formæ autem separatae in  
eius unita sunt: materiæ uero coniunctæ, quod dano-  
do ad plura diffunduntur. ergo in illa perfecta bea-  
titudine animæ non erunt corpori unita.

**P**17. Præt. Elementa quæ sunt in mixto appetunt na-  
turali appetitu propria ubi: appetitus autem natu-  
ralis non potest esse uanus, unde quod est contraria  
turam non potest esse perpetuum. non potest ergo  
esse quin elementa in corpore mixto existentia que  
ad sua loca tendant, & sic corpus mixtum cor-  
rumpatur. ergo post corruptionis statum non re-  
manebunt humana corpora, quæ sunt mixta.

**P**18. Præt. Ois motus naturalis etiæ unque corpo-  
ris a motu celi dependet: sed motus cordis, sine  
quo non potest esse humani corporis uita, est mo-  
tus naturalis. ergo cessante motu celi remanere non  
poterit, & p cœquens nec humani corporis uita.

**P**19. Præt. Membra humani corporis, pro maiori  
parte sunt ordinata ad usus competentes uita anima-  
li, sicut patet de uenis, & stomacho, & huiusmodi,  
qua ordinantur ad nutrimentum, animalis autem  
uita in homine non remanebit in illa beatitudine  
ergo nec membra corporis, alias enim fructuant,  
& sic corpus humanum remanebit.

**S**ED CONTRA est, qd dicitur primæ ad Corin. 15.  
Oportet corruptibile hoc inducere in corruptionem:  
hoc autem corruptibile corpus est. ergo corpus  
remanebit in corruptione indutum.

**P**20. Præt. Philip. 3. dicitur, reformabit corpus hu-  
militatis nostræ configuratum corpori claritatem  
sua: sed Christus corpus qd semel in resurrectione  
resumpsit, non quam depositum, nec deponit.  
Rom. 6. Christus resurgens ex mortuis iam non mo-  
ritur. ergo & sancti in perpetuum uiuent cum cor-  
poribus, cum quibus resurgent, & sic humana cor-  
pora post finem mundi manebunt.

**R**ESPON. Dicendum, quod sicut Aug. dicit 12.  
de ciu. Dei. Porphyrius ponet ad perfectam beatitudinem  
humanae anime, omne corpus fugiens  
esse: & sic fm cum anima in perfecta beatitudine  
existens, corpori unita esse non potest. Quam op-  
eratur Orig. in suo Periarchon dicens, quod op-  
natos suis sanctos corpora in resurrectione re-  
sumpta qnque depositos, ut sicut ad Dei simili-  
dinem in perfecta beatitudine uiuant. Sed hec pos-  
sito præter hoc q est fidei contraria, ut ex autho-  
ritatibus inductis, & pluribus alijs patere potest, &  
ratione discordat. Non enim perfectio beatitudini  
nis esse poterit, ubi deest naturæ perfectio, cum au-  
tem animæ & corporis naturalis sit uinculum, & substa-  
tialis non accidentalis, non potest esse quod natu-  
ra anima sit perfecta nisi sit corpori coniuncta, &  
ideo anima separata a corpore, non potest ultima  
perfectionem beatitudinis obtinere. Propter quod  
etiam dicit August. in fine super Genes. ad lit.  
quod animæ sanctorum ante resurrectionem non  
ita perfecte uiuant divina nissione sicut postea,  
unde in ultima perfectione beatitudinis oportet  
corpora humana esse animabus unita. Pe-  
nitio autem premisa procedit secundum opinionem  
illorum,

QVAES. VI. DE MIRACVLIS, MART. I.

56

illorum, qui dicunt animā accidentaliter vniuersi corpori: sicut nautā nauis, aut hominem indumento. Vnde & Plato dixit, q̄ homo est anima corpore induita, vt Grego, Nyssenus narat. Sed hoc stare nō potest, quia sic homo non esset ens per se, sed per accidentem: nec esset in genere substantia, sed in genere accidentis, sicut hoc q̄ dieo vestitum, & calciatum. Pater etiam, q̄ rationes supra induitae de corporibus missis, nō habent locū in homine: nam homo ordinat ad p̄fectionē vniuersi, vt essentialis pars ipsius, cum in homine sit aliquid quod non continetur virtute, nec in elemētis, nec in celestibus corporibus, & anima rationalis. Corpus etiam hominis ordinatur ad hominem, non secundum animalem vitam tantum: sed ad perfectionem naturæ ipsius. Et quāuis corpus hominis sit ex cōtrariis compositū, inerit tñ principium incorruptibile, quod poterit perseverare a corruptione abesse violētia: cū sit intrinsecū. Et hoc poterit esse sufficiēs principiū motus, motu celi cestante, cū a motu celi non dependeat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod per carnem & sanguinē intelligitur corruptio carnis, & sanguinis. Vnde in eadem authoritate subditur, neq; corruptio incorruptelam possidebit.

AD SECUNDVM dicendū, q̄ motus est causa mutationis, secundū fieri: sed conseruatio eius est p̄ formam substantiale, & ulterius per principia cœlo altiora, vt in superioribus questionib⁹ patet.

AD TERTIUM dicendum, quod anima rationalis ex perfecta vnione ad Deum, omnino super materiam vñctoriam habebit: & sic licet materia sibi relata corruptibilis sit, tamen ex virtute animæ incorruptionem forturetur.

AD QUARTVM dicendū, q̄ sensibilitas in hoc est a principio incorruptibili, scilicet ab anima rationale, in bruto autē est a principio corruptibili: & ideo corpus sensibile hominis in perpetuum potest remanere, non autem corpus sensibile bruti.

AD QUINTVM dicēdū, q̄ a corpori vniā plus assimilatur Deo, quā a corpore separata, quia per se ētiam habet suam naturam. Intim enim vñliquodq; Deus simile est, in quantum perfectum est, licet non sit vnius modi perfectio Dei, & p̄fēctio creature.

AD SEXTVM dicendum, q̄ anima corpori vniā non multiplicatur per modum formarum materialium, quæ sunt diuisibiles diuisione subiecti, sed in se remanet simplex & vna: vnde eius operatio non impeditur ex corporis vñione, quando corpus omnino erit subiectum animæ, nunc autē impeditur ex corporis vñione, propter hoc q̄ anima non perfecte dominatur in corpore.

AD SEPTIMVM dicēdū, q̄ appetitus naturalis elementū tendendi in propria loca, per dominium animæ in corpus retinebitur, ne disolutio elemen torum fiat: quia elementa perfectius esse habebunt in corpore hominis, quām in suis locis haberent.

AD OCTAVVM dicendum, quod motus cordis in nomine cauſabit ex natura animæ rationalis, quæ a motu celi non dependet: & ideo motus ille non cessabit, motu celi cestante.

AD NONVM dicendum, q̄ omnia membra corporis remanebunt, non propter vñs animalis vita: sed propter perfectionem naturæ hominis.

QVAE STIOVI.

De miraculis.

Et habet decem articulos.

¶ Primò enim queritur, Vtrum Deus possit in reb⁹

- A creatis aliiquid operari præter causas naturales, vel contra naturam, vel contra cursum naturæ. ¶ Secundo, Vtrum oīa quæ Deus facit contra naturā vel contra cursū naturæ, possint dici miracula. ¶ Tertio, Vtrum creaturæ spirituales sua naturali virtute possint miracula facere. ¶ Quarto, Vtrum boni Angeli, & homines per aliquod donum gratiæ miracula facere possint. ¶ Quinto, Vtrum dæmones cooperentur ad miracula facienda. ¶ Sexto, Vtrum dæmones vel Angeli habeant corpora sibi naturaliter vniā. ¶ Septimo, Vtrum Angeli, vel dæmones possint corpora assumere. ¶ Octauo, Vtrum Angelus, vel dæmon, vel corpus assumptum posit operationes viuentis corporis exercere. ¶ Nono, Vtrū opatio miraculi sit attribuenda fidei. ¶ Decimo, Vtrum dæmones cogantur aliquibus sensibilibus, & corporalibus rebus factis, aut verbis ad miracula facienda, quæ per magicas artes fieri videntur.

ARTICVLVS PRIMVS.

Q VAESTIO est de miraculis. Et primo queritur, Vtrum Deus possit in rebus creatis aliqd operari præter causas naturales, vel cōtra naturam, vel cōtra cursum naturæ. Et videtur q̄nō: quia in glo. R. om. 11. dicitur, Deus omnium naturarum conditor, nihil contra naturam facit. ¶ 2 Præt. Alia gl. dicit ibidem, contra legem naturam Deus facere non potest, quām contra seipsum: contra seipsum autem nullo modo facere potest, quia seipsum negare non potest, vt dicitur secundē Tim. 2. ergo nec cōtra naturæ ordinem, qui est lex naturæ, Deus facere non potest. ¶ 3 Præt. Sicut ordo humana iustitia derivatur a diuina iustitia, ita ordo naturæ derivatur a diuina sapientia: ipsa n. est quæ disponit oīa suauiter, vt dī Sapi. 8. Sed contra ordinem humane iustitiae Deus facere nō potest: sic enim esset causa peccati, quod solum ordini iustitiae repugnat. cum ergo non minor sit Dei sapientia quām eius iustitia, videtur quod nec contra ordinem naturæ facere possit.

¶ 4 Præt. Quandoquid Deus operatur in creaturis per rōnes feminales, nō fit aliqd cōtra naturæ cursum: sed nō potest Deus aliqd cōuenienter operari in natura præter rōnes feminales naturæ inditas. ergo Deus nō potest cōuenienter cōtra cursum naturæ facere. Probatio media. Aug. enim dicit in 3. de Trin. q̄ visibiles apparitiones patrib⁹ exhibita sunt mediante ministerio angelorum, ex hoc q̄ Deus corpora regit per spiritus. Sed similiter corpora inferiora regit per superiora, vt in eodem libro ipse dicit: & similiter potest dici, q̄ effectus quo libet regit p̄ causas. cum ergo in causis naturalibus rationes feminales sint inditæ, videtur quod Deus cōuenienter non possit operari in effectibus naturalibus, nisi rationibus feminilibus mediantebus, & sic nihil fit ab eo contra cursum naturæ.

¶ 5 Præt. Deus nō potest facere q̄ affirmatio, & negatio sunt simul vera: quia cum hoc sit contra rationem entis, in quantum est ens, est etiā contra rationem creatura: prima namq; rerū creatarum est ēs, vt dī in libro de Causis. Prædictum autē principiū, cum sit primum inter omnia principia, in quod omnia alia resolvuntur, vt probatur in 4. Metaphysic. oportet q̄ in qualibet necessaria propositione includatur,

Lib. 3. cap. 4.  
tom. 3.

In prop. 4.